
image
not
available



Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
25 D
14

12-25-D-14

Digitized by Google

F F
VIII
13

14-1, 6, 21

Digitized by Google

IÆ STEPHANI

ateceſſoris in Academia Gryphiſvvaldenſi

TRACTATVS DE NOBILITATE CIVILI.

In duos libros partitus:

Quorum

I. Eſt de Nobilitate generis & familiæ.

II. De Nobilitate ſcientiæ, ſiue literaria: & vtriuſque priuilegiis, prærogatiuis & immunitatibus.

CONTINENTES

Quæſtiones varias, Iuridico-politicas, grauiſſimas, maximè Iudicium & forum Nobilitatis, iuxta Imperii Romani conſtitutiones; concernentes.

Cum Elencho capitum, & Summariis.



ANNO 1617.

FRANCOFVRTI,

Typis Nicolai Hoffmanni, ſumptibus Petri Kopffij.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

12-25-D-14
3

Digitized by Google

NOBILITATE GENERIS, VIRTVtum & eruditionis præſtantiſſimis iuuenibus,

Dn. BALTHASARO vom Wolde/ Dn. JVLIO PAVLO Schmaßhagen/ & Dn. JOANNI Tribbeſeeß/ amicis ſuis chariſſimis S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Exhibui vobis, iuuenes nobiliſſimi, ante triennium, cum ſtudiorum gratia in hac Academia Gryphiſuualdenſi eſſetis, ſynopticam & methodicam tractationem de Nobilitate politica ſiue ciuili, eiuſque priuilegiis, prærogatiuis & immunitatibus: quam tunc quoque liberaliter & amice excipiebatis: de quo mihi gratulatus ſum. Diſtractis autem opinione citius exemplaribus, non pauci mihi ſuaſores & authores fuerunt, vt eandem tractationem ſub incudem reuocarem,

cem, & aliquanto latius, propter dignitatem materiæ, extenderem. Feci itaque hoc, quantum per otium licuit; ita vt iam quadruplo opuſculum illud auctius prodeat. Iteratam hanc editionem vobis itidem offero & dono: imo vobis potius quam cuiquam alii: quippe quod & virtus veſtra illud mereatur, & beneuolentia illa, quæ inter nos eſt mutua, hoc à me iure quodam poſtulare videatur.

Macti ergo iuuenes vere nobiles virtute: atque hanc quam vobis ex ſingulari mea erga vos affectione, reiteratam & variis quæſtionibus auctam editionem tractatus de Nobilitate, dono, virtutis & ſtudiorum veſtrorum præmium eſſe agnoſcite: animum meum exinde cognoſcite, & mihi deinceps fauete. V. Gryphiſvvaldi in ipſis feriis paſchalibus Anno 1616.

Matthias Stephani JC.

ELEN.

12-25-D-4

ELENCHVS CAPITVM LIBRI PRIMI.

Cap.I. DE nomine, ſiue origine & varia ſignificatione Nobilitatis.
II. Nobilitatem eſſe reuera aliquid.
III. De definitione nobilitatis politicæ, ſiue ciuilis.
IV. De diuiſione ſiue gradibus nobilitatis politicæ.
V. A quibus, quomodo, & quibus conferatur & acquiratur nobilitas.
VI. De prærogatiuis, priuilegiis & immunitatibus nobilitatis.
VII. Quomodo nobilitas conſeruetur & amittatur.
VIII. De iudicio nobilitatis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cem, & aliquanto latius, propter dignitatem materiæ, extenderem. Feci itaque hoc, quantum per otium licuit; ita vt iam quadruplo opuſculum illud auctius prodeat. Iteratam hanc editionem vobis itidem offero & dono: imo vobis potius quam cuiquam alii: quippe quod & virtus veſtra illud mereatur, & beneuolentia illa, quæ inter nos eſt mutua, hoc à me iure quodam poſtulare videatur.

Macti ergo iuuenes vere nobiles virtute: atque hanc quam vobis ex ſingulari mea erga vos affectione, reiteratam & variis quæſtionibus auctam editionem tractatus de Nobilitate, dono, virtutis & ſtudiorum veſtrorum præmium eſſe agnoſcite: animum meum exinde cognoſcite, & mihi deinceps fauete. V. Gryphiſvvaldi in ipſis feriis paſchalibus Anno 1616.

Matthias Stephani JC.

ELEN-

12 - 23 - D - 14

ELENCHVS CAPITVM LIBRI PRIMI.

Cap.I. DE nomine, ſiue origine & varia ſignificatione Nobilitatis.
II. Nobilitatem eſſe reuera aliquid.
III. De definitione nobilitatis politicæ, ſiue ciuilis.
IV. De diuiſione ſiue gradibus nobilitatis politicæ.
V. A quibus, quomodo, & quibus conferatur & acquiratur nobilitas.
VI. De prærogatiuis, priuilegiis & immunitatibus nobilitatis.
VII. Quomodo nobilitas conſeruetur & amittatur.
VIII. De iudicio nobilitatis.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

LIBRI I.

De Nobilitate generis

CAPVT I.

De nomine, ſiue origine & varia ſignificatione Nobilitatis.

SVMMARIA.

1 *Vtilitas huius tractatus.*
2 *Nobilis vocabulum à noſcendo.*
3 *Significatio nominis multivaria.*
4 *Hinc etiam de rebus malis obtinet.*
5 *Etiam rebus inanimatis & rationis expertibus tribuitur, vt ædificiis, brutis &c.*
6 *Res vna aliam excedens nobilis dicitur.*
7 *Stricte ſumpto vocabulo ſoli homini competit.*
8 *Generalis nobilitatis deſcriptio.*
9 *Specialis huius vocabuli ſignificatio.*
10 Adel *à Græco* ἄεθλιος.
11 Juncker *quaſi* Junger Herr.

1 SERMO de Nobilitate, vtilis† eſt adoleſcentibus; vt ad eam amplificandam propagandamque reddantur alacriores: gratus eſt ſenibus; qui nobilitatis ſemina ac for-

ac formam in ſemetipſis fulgere inſpicientes, eius fructus læto animo intuentur in natis: accommodatus eſt viris omnibus ingenuis; cum nobilitas & conditio viri liberi & ingenui felici nodo iuncta ſint, Franciſco Picolomineo referente *in tract. de morib. gradu* 8. *cap.* 14. *in pr.* Nemo itaque iure me reprehendet, qui de Nobilitate, eiuſque iuribus, priuilegiis & prærogatiuis quædam, cum Deo, ſcripturus ſum. Idque vt eo accuratius fiat, primo conſiderabimus nomen Nobilitatis tum quoad originem, tum quoad ſignificationem.

Originem quod attinet, illam in latinitate trahit † à Noſco; vt nobilis inde dict⁹ ſit, quaſi 2
noſcibilis: & nobilitas tanquam noſcibilitas, ſiue præ cæteris nota, clara, illuſtris, aperta, ſpectabilis, conſpicua, vulgata, atque hominum ſermone celebrata, Tiraq. *de Nobilitate cap.* 2. *in pr.*

Significatio nominis Nobilitatis non vna & eadem eſt, † ſed multivaria. In lata ſignifica- 3
tione non tantum de bonis rebus Nobilitatis nomen obtinet, ꝙ ſupuacuum eſt demonſtrare; ſed etiã † de malis, ꝙ etiã teſtatur Valla *lib.* 4
5. *cap.* 35. vbi ait, idẽ aliis etiam nominibus accidere, ꝙ hic nobilitatis vocabulo tribuimus. Sic Liuius *lib.* 9. *belli Macedon.* Hiſpalã Fecenã ſcortum nobile vocat. Et Cicero *in Verrem*: Accipite nunc aliud eius facinus nobile, &

multis locis memoratum. Teſtis quoque eſt Phalaris, cuius præter cæteros nobilitata crudelitas. Quæ ſane crudelitas, cum in malorum genere ſit, nobilitatis tamen nomen vſu ſibi vendicat. *Cic. lib.* 2 *offic.* plura exempla refert. Tiraquellus *d. cap.* 2. *n.* 30. *& ſeqq.*

Deinde ſimilitudine quadam rationis ſiue analogia, quodcunque altero eſt præſtantius, idem dici poteſt nobilius. Et ſic homo omniũ animantium habetur Nobiliſſimus. Quin &

5 conſtat Nobilitatem † etiam rebus inanimatis, & rationis expertibus tribui. De ædificiis eſt, *Extravagans execrabilis, verſ. vnde inter cætera, ibi,* & ruinis patent ædificia nobilia. De bello eſt verſus Horatii *de arte poetica:*

Fortunam Priapi cantabo & nobile bellum.

De palma quoque ſic canit Horatius *lib.* 1. *Carm. ode* 1.

Palmaque nobilis
Terrarum dominos euehit ad Deos.

De brutis: eſt verſus Ouidii *libr.* 2. *Metamorph.*

Nobiliumque greges cuſtos ſeruabat equarum.

Qui plura huius generis velit, illum remitto ad Tiraquel. *in d. tract. de Nobilitate cap.* 2. Pro

6 regula autem tenendũ eſt: Quandocunq; † in accidẽtibus, vel cauſis, aut id genus aliis attributionib⁹ vna rẽ excedere aliã vllo modo poteſt, ꝙ haberi nobilis altera ſolet. Hinc terre-

ſtribus

ſtribus imperant Leones, Dracones, Elephantes Pantheræ. Inter volatilia, propter maiorem excellentiam primũ locũ habet Phœnix, Aquila, Pſittacus. Si ſolẽ aſpicimus, ſuperat ille nobilitate ſua Lunã & cęteras ſtellas. Quin & oẽs ſtellæ tũ in quantitate, tũ in qualitate, tũ in efficacia diſcernuntur inuicem Nobilitate. Sic ob vires medicatrices vitulis marinis ad multa nobile fel eſſe dicitur, *teſte Plinio lib.* 11. *c.* 37. Sic aurum ſua perfectione cæteris metallis antefertur. Gemmæ itidem virtute & ſplendore aliis antecellunt. Ipſæ quoq; ſcientiæ nobilitatis nomen præſtãtioris atq; eminentioris obiecti ratione adipiſcuntur. Et denique, vt alia omittam, homo hominem virtute & excellentia animi vincit & ſuperat.

Cæterum ſtricte † ſumto vocabulo, ita dicẽdũ eſt, cũcta expertia rationis, expertia quoq; eſſe nobilitatis: adeoque ſolum hominem inter mortalia viuentia eſſe Nobilitatis participem. Nobilitas † namque eſt quid illuſtre & præclarum; nobilitas virtuti eſt familiaris: vitæ liberæ congruit, & ad ingenuas ac honeſtas actiones dirigit. Virtus, libertas, & honeſtum, homini, non etiam iumentis, & feris, aliiſque inanimatis rebus competunt. *Picolom. d. loc. cap.* 17. patet hoc quoque ex trito illo Iuuenalis; 7 8

Nobilitas ſola eſt atque vnica virtus.

At ſpecialiter Nobilitas ſignificat præemi-
9 nentiorem dignitatis gradū, † certis perſonis
ob virtutes competentem, & ab habente eam
10 poteſtatem conſtitutum. † Germanis der Adel/
forte à Græco ἀέθλιος, quod ſignificat bene
meritum, ſeu præmio affectum quo ipſo ipſa
Nobilitatis origo demonſtratur: Nobilis au-
11 tem Germanis † dicitur Juncker quaſi Junger
Herr/ quaſi ætate ac robore iuuenili vigens,
armis rebuſq; gerendis aptior heros ſiue do-
minus.

Capvt II.

Nobilitatem eſſe reuera aliquid.

Svmmaria.

1 *Nobilitatem eſſe reuera aliquid.*
Argumentum contrariæ ſententiæ.
2 *Illius refutatio.*
3 *Natura noſtra agro comparatur: dogmata præceptorum ſemini.*
4 *Diſcrimen inter nobiles & ignobiles naturæ legibus non aduerſatur.*
5 *Diſtinctio Iuſtitiæ in commutatiuam & diſtributiuam ex iure gentium.*
6 *S.S. nobilitatem commendat.*
7 *Explicatur locus Pauli ad Col. 3. v. 10. 11. ad Gal. 3. v. 28.*
8 *Nobilitas inter fortunæ bona numeratur.*

Poſt

POſt nominis tractationẽ progredimur ad rem ipſam: Vbi primo loco inueniendum venit, An † etiam res ipſa ſit: Fuere namq; qui 1 Nobilitatem reuera non eſſe aliquid, ſed in ſola hominum opinione poſitã, probare contenderunt, quorum argumenta refert & ſimul refutat Simon Simonius *in tractatu de vera nobilitate c.2.* Inter alia autem vtuntur hoc fundamento. Quod natura omnibus hominibus æque ſit mater, nulli nouerca: nemini viam ad virtutem claudat: omnes ad felicitatem gignat idoneos: Inaniter itaq; ambitionis aura inflatos nonnullos de nobilitate gloriari, ſeque tanquam nobiliores præferre aliis. *Picolomin. d.gradu* 8. *capit* 14. Hinc vulgatus verſus.

Si pater eſt Adam cunctis, ſi mater & Eua:
Dic cur non ſimus Nobilitate pares?

Et ſane inficiari nemo poteſt, naturam de eſſentia ſua æſtimatam æqualem quidem eſſe omnibus; ſed † non tamen eadem à prima o- 2 mnium origine ſucceſſio ſequuta eſt. Pro qua re ſic loquitur Ariſtoteles *lib.2. Rhetor. cap.* 15. Eſt prouentus virorum quidam, perinde ac in iis quæ naſcuntur in agris: nonnunquam ſi bonum genus ſit, viri præſtantes exoriuntur: deinde rurſus retrofertur.

Familiæ vero quæ ſubtili ingenio ſunt præditæ, ad mores inſaniores deficiunt. *Hac*

3 *Hæc Ariſtoteles.* Naturam † noſtram agro comparat Hippocrates *in lege:* Natura noſtra veluti ager eſt: Dogmata vero præceptorum, veluti ſemina ſunt: inſtitutio autem à puero. Magnum certe quippiam eſt in ſoli bonitate ſitum; Sed niſi ſemina extrinſecus & opportune iacta, niſi culturæ, niſi tempus accedant, lolium & ſteriles dominabuntur auenæ. Sic licet natura noſtra ad optima quæq; inclinet, niſi dogmata ſapientum præceptorum tempeſtiue, id eſt, à pueritia præſto ſint, niſi induſtria noſtra concurrat, nihil fere proficere poterit. Vtrumque coniungit Plato his verbis: Nonne bene nati, ſi bene etiam educentur, ita demum ad virtutem perueniunt 2. *in Alcibiad.* 1. Natura quæ neceſſaria ſunt, fecit communia: at ex varietate recipiẽtis, propriorum principiorum, materieique proximæ, variæ prodeunt ſingulorum conditiones, & multiplicia hominum ingenia proficiſcuntur. In-
4 deque oritur, vt iure † optimo, non aduerſantibus etiam naturæ legibus, nonnulli genere nobiles, alij ignobiles nuncupentur, nonnulli ingenui ſint, alij ſordidi, nonnulli mente valeant, alij mancipes ſint penitus, quibus melius eſt ſeruire, quam regnare *Picolom. d. cap.* 14. Atque ideo quamuis inter omnes homines vna & eadem ſit conditio, & naturalis quædam æqualitas, *l. quod attinet. de reg. iur. l. vt vim. ff. de iuſtit.*

inſt. & iure omneſque eandem nunc habeant ingenuitatem *ex conſtitut. Iuſtinian. in nou.* 78. *c.* 5 *l. in orbe. ff. de ſtat. hom.* vt tamen ſit aliqua perſonarum diſtinctio, reſpectuſque earundem habeatur, ratio naturalis apud omnes gentes conſtituit: Et Iuri † illa iuſtitiæ in commutatiuam & diſtributiuam diſtinctio, *de qua eleganter VVeſenbecius in parat. ff. de iuſtit. & iure n.* 8. 5
Et ex hoc iure gentium deſcendit, quod quiſque populus diſtinctionem inter nobiles & plebeios ſeu populares, hoc eſt, vulgares ac viles homines receperit §. *plebs. Inſt. de iure natural. gent. & ciu. c. lex eſt. diſt.* 3. *Tiraquel. d. tract. c.* 37. *n.* 24. *& ſeq.*

Quin & Bibliorum † quoque teſtimoniis commendatur Nobilitas. Sic enim Ioſeph Arimathæus Nobilis dicitur *Marci* 15. *v.* 43. & Chriſtus à nobili homine parabolam deducit *Luc.* 19. *v.* 12. Quando autem † D. Apoſtolus Paulus *in Epiſt. ad Coloſſ. cap.* 3. *v.* 10. *&* 11. neque Barbarum, neq; Scytham, neque ſeruum, neque liberum dicit eſſe inter nouos homines; Illud non ita intelligendum eſt; quaſi ibi arguatur in Chriſtiana Republica ordinum diſtinctio, quam facit etiam nobilitas. Non enim Euangelium iura politica tollit, turbat aut confundit, neque ibi de euerſione conſtitutionum Politicarum, aut omnis diſtinctionis confuſione vel exterminatione agitur: Sed 6 7

ſal-

ſaltem oſtenditur,in redemtionis ac regenerationis dono cõmunitas omnium fideliũ,quod nimirum ſpiritualia illa dona Deus omnium ordinum hominibus,abſq; omni perſonarum reſpectu cõmunia eſſe velit,eodẽ ſenſu quoq; accipiendum eſt,quod dicitur *Gal.3.v.28.* Non eſt ſeruus,neq; liber, nõ eſt maſculus ac fœmina. Neutiquã aũt,quaſi apud Chriſtianos ſublatã vellet Apoſtolus diſtinctionẽ inter maſculum & fœminam. Deniq; tãtũ abeſt,vt Paulus iura politica & ordinũ diſtinctionem tollat,vt potius contrarium pręcipiat,& quemq; in iſta, in qua vocatus fuit, vocatione & vitæ genere manere iubeat 1.*Cor.*7.*v.*17.*&* 20. itemq; quæ ad politiæ perfectionẽ atq; cõſtantiã pertinẽt, ſanciat ſeueriſſime *Rom.*13.*&*1.*Tim.*2. Denique ꝙ 1.*Cor.1 v.*27. de non multis nobilib. in vocatione comprehẽſis,dicitur,id quoq; in diſtortum ſenſum contra nobiles trahi non debet; quippe quod ibi pateat non tam ipſam iſtã cõditionẽ, quã vitia conditioni admixta in cauſa fuiſſe, vt in iſtu ſermonẽ proruperit Apoſtolus Paulus. Fugienda nimirũ vitia, quib. homines quiq; contaminati. Et hac ratione, vt omnia munda mundis *Tit.* 1. *verſicu.* 15. quodlibet ẽt vitæ genus mundum eſſe poteſt. Nec vnquam lectum,Chriſtum ad ſe accedẽtes ex quouis ẽt ordine & ad vera Eccleſiæ mẽbra aggregatos, coegiſſe aut voluiſſe, vt ſtatum & conditionẽ

in qua

in qua v... ..anquã Deo exoſam relinquerent atq; abiicerẽt. Plura in hanc rẽ vide apud Tiraq.*c.4.n.12.&c.21 per tot.* Sileãt itaq; Sophiſtę, qui Stoicorum, & præſertim Chryſippi authoritate fulti, nobilitatem ſpreuerunt, eamq; ramenta, rẽ fictam, cõmentumq; præpotẽtum ciuium aſſeruerunt. Quando aũt prætendunt, Nobilitatem in nullo bonorum contineri, illud eos non probare, & falſiſſimũ eſſe, arguit Sim.Simo.*in d.tr.de nob.c.2.* Tiraq.*d.loco c.6.n.4.* vbi nobilitatẽ refert †ad bona fortunæ ſeu externa. 9 Qui deniq; Ariſtot. nobilitatẽ eſſe nihil ſtatuit is felicitatẽ Ariſtot. nihil eſſe, & ſecundũ Ariſtotelẽ naturam iniquius cum homine, quam cũ reliquis animantib. imo vero quã cũ reliquis inanimis egiſſe, cẽſebit quoq;. Et ſi Ariſtoteles vanũ nobilitatis nomen eſſe putaſſet, quo prę iudicio nobiles ornaſſet priuilegiis illis *2.lib.3. Ethic ad Eud c.7.late Simon.c.2.*

CAPVT III.

De definitione Nobilitatis politicæ ſeu ciuilis.

SVMMARIA

1 *Nobilitatis diuiſio. definitio. 2. 3. differentia. 5.*
4 *Nobilitatis fons & origo.*
6 *An origine iuris gent. an ciuil. & ſeqq.*
8 *A Principe nobilitati proprie dicuntur nobiles.*

QVæſtionẽ *An ſit:* ſequitur quæſtio *Quid ſit.* Anteq̃ aũt definitionẽ proponamus repetẽdum eſt q̃d ſuperius *c.1.* dictũ, Nobilitatis nomen

nomen proprie ad hominem ... dun-
taxat. Circa nobilitatem eam homini adhæ-
1 rentem diſtinguendum † eſt inter Nobilita-
tem generalem ſiue philoſophicam, & politi-
2 cam ſiue ciuilem. Generalis † ſeu philoſophi-
ca Nobilitas generaliter eſt, quæcunq; homi-
nis conditio ſeu dignitas, qua inter cæteros
præeminentiam & claritatem habet, eaque
præcipue eſt trium generum, Natalium, Diui-
tiarum & Honorum ſeu virtutum. *Tiraq. de no-
bil. c. 2. in pr.* Quæ ſi vel omnia; vel alterutrum
ex priorib. cum poſteriori coniungantur, per-
fectam in hoc genere nobilitatem faciunt; ſe-
paratim aliqualem conferunt *Tiraq. d loc.* Sed
de hac philoſophica nobilitate nobis hoc lo-
co non erit ſermo; neque pluribus in ea
immorandum, cum huiuſmodi generis nobi-
les neque vulgi opinione, neque moribus ho-
minum, neque proprie pro nobilibus habe-
antur. Politica itaque ſeu ciuilis Nobilitas,
quam hoc loco tractādam ſuſcepimus, defi-
nienda à nobis erit; Sane Ioannes Bodinus,
cum videret, nobilitatem politicam ex more
cuiuſque regionis cumpluſimum ex diuerſis
cauſis iudicari, exinde contendit, non poſſe
vnam definitionem nobilitatis dari, quæ o-
mnibus populis conueniat. Nos autem defi-
niemus Nobilitatem, non vt æqualiter huius
atque illius loci, huius vel illius nobilitatis
ſpe-

pecie exacte conueniat, ſed nobilitatem proprie ſic dictam, ex certis nimirum principiis & cauſis nobilitatis, puta virtutis actione, & principis ſummi authoritate; & conſequenter ſecundum illud, quod in vera nobilitate ab omnibus bonis attendi ſolet & debet. Et licet variatio quædam accidat, pro loci huius vel illius conſuetudine: facile id quod imperfectius quodammodo eſt, reduci poteſt ad id quod perfectius eſt.

Ita ergo definimus nobilitatem. † Quod ſit 3
dignitas ciuis Reipublicæ alicuius, quam ille ab Imperatore, ſiue alio non recognoſcente ſuperiorem, ob virtutes ſuas proprias acquiſiuit, vel à parente, per ſanguinem in ſe deriuatam poſſidet. Paulo aliter definit Bart. *in l. 1. n. 62. in pr. C. de dignit.*

Ex definitione propoſita patet, virtutem † 4
eſſe fontem & cauſam nobilitatis: neque dum tamen virtutem eſſe ſufficientem, niſi accedat authoritas Principis ſummi, ſiue Imperatoris, vel alterius eam poteſtatem habentis, quę virtutis actionem, nobilitatis honore dignam, publico elogio confirmat. Et in hoc † differt 5
nobilitas ciuilis, à nobilitate philoſophica, quam virtus per ſe & ſola confert. Quæ nobilitas, tanquam naturæ & gentium iure competens, rectius nobilitas communis & generalis, quam ciuilis dicitur. Nam qui ſola virtute

eſt notior & excellentior, ille quidem cõmuni populorũ conſenſu cenſetur aliis præſtãtior & nobilior, non etiam ratione politica & ciuili: quippe quę authoritatem Principis etiam requirit. Solus.n. Princeps, tanquã fons & caput omnis dignitatis *l.1.l.præfect.in fin. C.de digni.lib.* 12. honeſtos & virtuoſos à plebeis diſpoſitione ciuili eximit, eiſq; nobilitatem confert *l.fin.C. vt dign.ordo ſeru.* Et hinc reſponderi poteſt ad
6 quæſtionem illam: *Sit ne Nobilitas* † *iuris gẽtium, an iuris ciuilis*? Si.n. in genere, ordinem ſtatuum inter homines conſideramus: itemq; conditionem hominis, qua quis inter cæteros pręcipue, vel ratione Natalium, vel diuitiarum, vel virtutũ eminet atq; excellit, certe nobilitatẽ
7 iuris gentium eſſe dicendũ eſt: at † quando loquimur de Nobilitate, qua ciuis Reipublicæ ornatur ab Imperatore, ob virtutes & bene merita, tum certe iuris ciuilis erit, tanquam ex Principis conſtitutione dependens: quippe quod ſolus Imperator, & cui ille hãc poteſtatem cõceſſit, nobilitatem conferat, nobileſq; creet *Paul. Caſtr.in l.quoties in fin. C. vbi ſenat.vel clariſſ.& conſ.22.viſis omnib.lib.2.* vbi dicit, quod
8 illi proprie † dicuntur nobiles, quos Princeps nobilitat, & ꝙ propterea reſcripta loquẽtia de nobilib. de iſtis ſunt intelligenda concluſionẽ
9 hanc confirmat etiã illud † Canuleii Tribuni plebis dictum, de Romanis Patritiis *apud Liuiũ lib.4.*

lib.4.ab vrbe condit. vbi ſic inquit: Nobilitatem
iſtā veſtram,pleriq; oriundi ex Albanis &Sabi
nis,non genere nec ſanguine ſed per coopta-
tionem in patres habetis, aut à Regibus lecti,
aut poſt exactos Reges, iuſſu populi. Quod i-
pſum indicio eſt, Canuleij ſententia,nobilita-
tem politicam ciuilib.cōſtitui modis. Et quod
† non ſit iuris gentium, probatur ex eo: quod 10
ea quæ iure gentiū nobis inſunt, ſimul ac ineſ-
ſe incipiunt,perfecta ſint, nec temporis cōtra-
ctu,vt perficiātur,indigeant. Idem quoq; Fri-
dericus Pruckmā.probat ex §.1.*Inſt.de iure per-
ſon.* vbi dicitur: Summam diuiſionem perſo-
narum eſſe, ꝙ omnes homines aut liberi ſint
aut ſerui. Quam diuiſionem adeo ſummā eſſe
explicat,quod per eam iure gentium homines
diſtinguantur: Cui conſequens ſit: Nobilita-
tem politicam iure gentium incognitam eſſe:
alioquin ſummam hominū diuiſionem eam
fuiſſe,qua homines in nobiles& plebeios ſiue
ignobiles diſcriminarentur. *Pruckm. in tract.de
regalib.§.ſoluta poteſtas c.4.effect.4.n.* 12.Denique
nobilitatem politicam eſſe iuris ciuilis tenent
etiam alij quamplurimi Cacheran. *deciſ. 100.n.*
47. vbi etiam pro hac ſententia allegat Barto-
lum *in l. 1.numer.46. C. de dignit.* Guido Papæ
deciſion. 90. Herm.Vult.*conſil. Marpurg. vol. 3.
conſil.34.numer.167.* Tiraquellus *d. cap.6.num.
1. & 2.*

 CAP.

Capvt IV.

De diuiſione, ſiue gradibus nobilitatis Politicæ:

Svmmaria.

1 *Nobilitatis Politicæ varia genera ſunt & gradus, 2.4.11.17.18.25.& 26.*

3 *Imperator licet ſit fons nobilitatis, refertur tamen inter ordinem nobilium.*

5 *Nobilis nomen adeo generale vt complectatur omnes nobilitatis gradus.*

6 *Diſpoſitio loquens de nobilibus ad Comites & Duces producitur.*

7 *In ſpecie nobiles dicuntur tantum illi, qui ſunt infra Barones.*

8 *Et hi Imperio Romano immediate, vel mediate ſubiecti.*

9 *Neuter tamen dignitatem habet regalem ex nobilitate.*

10 *Qui hodie nobiles, olim miniſteriales dicti.*

12 *Inſolenter quidam antiquam nobilitatem iactitant & nouam deſpiciunt, 13.& 14.*

15 *Omnium rerum, ita & nobilitatis quædam eſt infantia & virilitas.*

16 *Quomodo nobilitas antiqua dicatur præſtantior noua.*

19 *Nobilitas Germanorum omnium antiquiſſima & excellentiſſima. n 20.*

21 *Henricus Dux Saxoniæ autor articulorum Tornea-*

neamentorum & 22.
23 *Turcæ erga virtuoſos maxime liberales.*
24 *Ex virtute quemque æſtimant.*
26 *Sicut virtus vel eſt togata, vel armata, ita ex virtute fluens nobilitas vel eſt literaria, vel militaris.*

HÆc nobilitas per ſe quidem vna & eadem eſt: gradu tamen tam arcte & varie diſtinguitur, vt varia eius genera † eſſe cenſeantur: 1
Sicut omnium fere dignitatum ſunt gradus *l. vt gradatim ff. de munerib. & honorib. c. 1. de matri. ad morganat. contract.* Alij † namq; ſunt ſimplices nobiles, quidam nobiliores, alij vero nobiliſſimi *l. nobiliores. C. de Epiſc. aud. l. furioſi. C. de nupt. Schrad. conſ. 23. n. 12. & conſ. 14. n. 89. Tiraq. de nobil. c. 37. n. 67.* vbi reprehendit inferiores ſiue infimi ordinis nobiles, non tam vere quam ſuperciliose iactantes ſe tam nobiles eſſe, quã Principes & Reges. Nam certe Barones, Comites, Marchiones, Principes, Duces, Archiduces, Electores, Reges, & denique ipſe Imperator, præter communem inferioris ordinis nobilitatem maius quid habent, quo cæteris nobilibus infimi gradus, ſunt nobiliores & illuſtriores. Et † quamuis Imperator ſit ipſe fons nobilitatis *l. Imperator. C. de decur.* refertur tamen idem ad ordinem ſenatorum & nobiliũ *l. ius ſenatorum. C. de dignit. lib. 12.* † Dicitur itaq; Nobilitas alia clara, alia generoſa, alia incluta,
(2 after "ſimpli-", 3 after "fons", 4 after "itaq;")

 alia

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſaltem oſtenditur,in redemtionis ac regenerationis dono cōmunitas omnium fideliū,quod nimirum ſpiritualia illa dona Deus omnium ordinum hominibus,abſq; omni perſonarum reſpectu cōmunia eſſe velit,eodē ſenſu quoq; accipiendum eſt,quod dicitur *Gal.3.v.28.* Non eſt ſeruus,neq; liber, nō eſt maſculus ac fœmina. Neutiquā aūt,quaſi apud Chriſtianos ſublatā vellet Apoſtolus diſtinctionē inter maſculum & fœminam. Deniq; tātū abeſt,vt Paulus iura politica & ordinū diſtinctionem tollat,vt potius contrarium prçcipiat,& quemq; in iſta, in qua vocatus fuit, vocatione & vitæ genere manere iubeat 1.*Cor.7.v.17.& 20.* itemq; quæ ad politiæ perfectionē atq; cōſtantiā pertinēt, ſanciat ſeueriſſime *Rom.13.& 1.Tim.2.* Denique ꝙ 1.*Cor.1.v.27.* de non multis nobilib.in vocatione compreheſis,dicitur,id quoq; in diſtortum ſenſum contra nobiles trahi non debet; quippe quod ibi pateat non tam ipſam iſtā cōditionē, quā vitia conditioni admixta in cauſa fuiſſe, vt in iſtu ſermonē proruperit Apoſtolus Paulus. Fugienda nimirū vitia, quib.homines quiq; contaminati. Et hac ratione, vt omnia munda mundis *Tit.1.verſicu.15.* quodlibet ēt vitæ genus mundum eſſe poteſt. Nec vnquam legitum,Chriſtum ad ſe accedētes ex quouis ēt ordine & ad vera Eccleſiæ mēbra aggregatos, coegiſſe aut voluiſſe, vt ſtatum & conditionē

in qua

in qua v... ..anquã Deo exoſam relinquerent atq; abiicerẽt. Plura in hanc rẽ vide apud Tiraq. *c.4.n.12.&c.21 per tot.* Sileãt itaq; Sophiſtę, qui Stoicorum, & præſertim Chryſippi authoritate fulti, nobilitatem ſpreuerunt, eamq; ramenta, rẽ fictam, cõmentumq; præpotẽtum ciuium aſſeruerunt. Quando aũt prætendunt, Nobilitatem in nullo bonorum contineri, illud eos non probare, & falſiſſimũ eſſe, arguit Sim. Simo. *in d. tr. de nob. c.2.* Tiraq. *d. loco c.6.n.4.* vbi nobilitatẽ refert †ad bona fortunæ ſeu externa. Qui deniq; Ariſtot. nobilitatẽ eſſe nihil ſtatuit is felicitatẽ Ariſtot. nihil eſſe, & ſecundũ Ariſtotelẽ naturam iniquius cum homine, quam cũ reliquis animantib. imo vero quã cũ reliquis inanimis egiſſe, cẽſebit quoq;. Et ſi Ariſtoteles vanũ nobilitatis nomen eſſe putaſſet, quo pręiudicio nobiles ornaſſet priuilegiis illis *2. lib.3. Ethic ad Eud c.7. late Simon. c.2.* 9

CAPVT III.

De definitione Nobilitatis politicæ ſeu ciuilis.

SVMMARIA.

1 *Nobilitatis diuiſio. definitio. 2. 3. differentia. 5.*
4 *Nobilitatis fons & origo.*
6 *An origine iuris gent. an ciuil. & ſeqq.*
8 *A Principe nobilitati proprie dicuntur nobiles.*

QVæſtionẽ *An ſit:* ſequitur quæſtio *Quid ſit.* Anteq̃ aũt definitionẽ proponamus repetẽdum eſt q̃d ſuperius *c.1.* dictũ, Nobilitatis nomen

nomen proprie ad homine... ...aun taxat. Circa nobilitatem eam homini adhæ-
1 rentem diſtinguendum † eſt inter Nobilitatem generalem ſiue philoſophicam, & politi-
2 cam ſiue ciuilem. Generalis † ſeu philoſophica Nobilitas generaliter eſt, quæcunq; hominis conditio ſeu dignitas, qua inter cæteros præeminentiam & claritatem habet, eaque præcipue eſt trium generum, Natalium, Diuitiarum & Honorum ſeu virtutum. *Tiraq. de nobil. c. 2. in pr.* Quæ ſi vel omnia; vel alterutrum ex priorib. cum poſteriori coniungantur, perfectam in hoc genere nobilitatem faciunt; ſeparatim aliqualem conferunt *Tiraq. d loc.* Sed de hac philoſophica nobilitate nobis hoc loco non erit ſermo; neque pluribus in ea immorandum, cum huiuſmodi generis nobiles neque vulgi opinione, neque moribus hominum, neque proprie pro nobilibus habeantur. Politica itaque ſeu ciuilis Nobilitas, quam hoc loco tractãdam ſuſcepimus, definienda à nobis erit; Sane Ioannes Bodinus, cum videret, nobilitatem politicam ex more cuiuſque regionis cumpluiimum ex diuerſis cauſis iudicari, exinde contendit, non poſſe vnam definitionem nobilitatis dari, quæ omnibus populis conueniat. Nos autem definiemus Nobilitatem, non vt æqualiter huius atque illius loci, huius vel illius nobilitatis ſpe-

ſpecie exacte conueniat,ſed nobilitatem proprie ſic dictam,ex certis nimirum principiis & cauſis nobilitatis, puta virtutis actione, & principis ſummi authoritate; & conſequenter ſecundum illud, quod in vera nobilitate ab omnibus bonis attendi ſolet & debet. Et licet variatio quædam accidat, pro loci huius vel illius conſuetudine: facile id quod imperfectius quodammodo eſt, reduci poteſt ad id quod perfectius eſt.

Ita ergo definimus nobilitatem.† Quod ſit 3 dignitas ciuis Reipublicæ alicuius,quam ille ab Imperatore, ſiue alio non recognoſcente ſuperiorem, ob virtutes ſuas proprias acquiſiuit, vel à parente, per ſanguinem in ſe deriuatam poſſidet.Paulo aliter definit Bart.*in l.1.n. 62.in pr.C.de dignit.*

Ex definitione propoſita patet, virtutem † 4 eſſe fontem & cauſam nobilitatis:neque dum tamen virtutem eſſe ſufficientem, niſi accedat authoritas Principis ſummi,ſiue Imperatoris, vel alterius eam poteſtatem habentis,quę virtutis actionem, nobilitatis honore dignam, publico elogio confirmat. Et in hoc † differt 5 nobilitas ciuilis, à nobilitate philoſophica, quam virtus per ſe & ſola confert. Quæ nobilitas, tanquam naturæ & gentium iure competens,rectius nobilitas communis & generalis, quam ciuilis dicitur. Nam qui ſola virtute

eſt notior & excellentior, ille quidem cõmuni populorũ conſenſu cenſetur aliis præſtãtior & nobilior, non etiam ratione politica & ciuili: quippe quę authoritatem Principis etiam requirit. Solus. n. Princeps, tanquã fons & caput omnis dignitatis *l. 1. l. præfect. in fin. C. de digni. lib. 12.* honeſtos & virtuoſos à plebeis diſpoſitione ciuili eximit, eiſq; nobilitatem confert *l. fin. C. vt dign. ordo ſeru.* Et hinc reſponderi poteſt ad
6 quæſtionem illam: *Sit ne Nobilitas* † *iuris gẽtium, an iuris ciuilis*? Si. n. in genere, ordinem ſtatuum inter homines conſideramus: itemq; conditionem hominis, qua quis inter cæteros pręcipue, vel ratione Natalium, vel diuitiarum, vel virtutũ eminet atq; excellit, certe nobilitatẽ
7 iuris gentium eſſe dicendũ eſt: at † quando loquimur de Nobilitate, qua ciuis Reipublicæ ornatur ab Imperatore, ob virtutes & bene merita, tum certe iuris ciuilis erit, tanquam ex Principis conſtitutione dependens: quippe quod ſolus Imperator, & cui ille hãc poteſtatem cõceſſit, nobilitatem conferat, nobileſq; creet *Paul. Caſtr. in l. quoties in fin. C. vbi ſenat. vel clariſſ. & conſ. 22. viſis omnib. lib. 2.* vbi dicit, quod
8 illi proprie † dicuntur nobiles, quos Princeps nobilitat, & ꝙ propterea reſcripta loquẽtia de nobilib. de illis ſunt intelligenda concluſionẽ
9 hanc confirmat etiã illud † Canuleii Tribuni plebis dictum, de Romanis Patritiis *apud Liuiũ lib. 4.*

lib.4.ab vrbe condit. vbi ſic inquit: Nobilitatem
iſtã veſtram,pleriq; oriundi ex Albanis &Sabi
nis,non genere nec ſanguine ſed per coopta-
tionem in patres habetis, aut à Regibus lecti,
aut poſt exactos Reges, iuſſu populi. Quod i-
pſum indicio eſt,Canuleij ſententia,nobilita-
tem politicam ciuilib.cõſtitui modis. Et quod
† non ſit iuris gentium, probatur ex eo: quod 10
ea quæ iure gentiũ nobis inſunt, ſimul ac ineſ-
ſe incipiunt,perfecta ſint, nec temporis cõtra-
ctu,vt perficiãtur,indigeant. Idem quoq; Fri-
dericus Pruckmã.probat ex §.1.*Inſt.de iure per-
ſon.* vbi dicitur: Summam diuiſionem perſo-
narum eſſe, ꝙ omnes homines aut liberi ſint
aut ſerui. Quam diuiſionem adeo ſummã eſſe
explicat,quod per eam iure gentium homines
diſtinguantur: Cui conſequens ſit: Nobilita-
tem politicam iure gentium incognitam eſſe:
alioquin ſummam hominũ diuiſionem eam
fuiſſe,qua homines in nobiles& plebeios ſiue
ignobiles diſcriminarentur. *Pruckm. in tract.de
regalib.§.ſoluta poteſtas c.4.effect.4.n.* 12.Denique
nobilitatem politicam eſſe iuris ciuilis tenent
etiam alij quamplurimi Cacheran. *deciſ. 100.n.*
47. vbi etiam pro hac ſententia allegat Barto-
lum *in l. 1. numer. 46. C. de dignit.* Guido Papæ
deciſion. 90. Herm.Vult.*conſil. Marpurg. vol.* 3.
conſil. 34.*numer.*167. Tiraquellus *d. cap.6.num.*
1. & 2.

CAPVT IV.

De diuiſione, ſiue gradibus nobilitatis Politicæ:

SVMMARIA.

1 Nobilitatis Politicæ varia genera ſunt & gradus, 2. 4. 11. 17. 18. 25. & 26.

3 Imperator licet ſit fons nobilitatis, refertur tamen inter ordinem nobilium.

5 Nobilis nomen adeo generale vt complectatur omnes nobilitatis gradus.

6 Diſpoſitio loquens de nobilibus ad Comites & Duces producitur.

7 In ſpecie nobiles dicuntur tantum illi, qui ſunt infra Barones.

8 Et hi Imperio Romano immediate, vel mediate ſubiecti.

9 Neuter tamen dignitatem habet regalem ex nobilitate.

10 Qui hodie nobiles, olim miniſteriales dicti.

12 Inſolenter quidam antiquam nobilitatem iactitant & nouam deſpiciunt, 13. & 14.

15 Omnium rerum, ita & nobilitatis quædam eſt infantia & virilitas.

16 Quomodo nobilitas antiqua dicatur præſtantior noua.

19 Nobilitas Germanorum omnium antiquiſſima & excellentiſſima. n 20.

21 Henricus Dux Saxoniæ autor articulorum Tor-

nea-

neamentorum & 22.

23 *Turcæ erga virtuoſos maxime liberales.*

24 *Ex virtute quemque æſtimant.*

26 *Sicut virtus vel eſt togata, vel armata, ita ex virtute fluens nobilitas vel eſt literaria, vel militaris.*

HÆc nobilitas per ſe quidem vna & eadem eſt: gradu tamen tam arcte & varie diſtinguitur, vt varia eius genera † eſſe cenſeantur: 1
Sicut omnium fere dignitatum ſunt gradus *l. vt gradatim. ff. de munerib. & honorib. c. 1. de matri. ad morganat. contract.* Alij † namq; ſunt ſimplices nobiles, quidam nobiliores, alij vero nobiliſſimi *l. nobiliores. C. de Epiſc. aud. l. furioſi. C. de nupt. Schrad. conſ. 23. n. 12. & conſ. 14. n. 89. Tiraq. de nobil. c. 37. n. 67.* vbi reprehendit inferiores ſiue infimi ordinis nobiles, non tam vere quam ſuperciliose iactantes ſe tam nobiles eſſe, quã Principes & Reges. Nam certe Barones, Comites, Marchiones, Principes, Duces, Archiduces, Electores, Reges, & denique ipſe Imperator, præter communem inferioris ordinis nobilitatem maius quid habent, quo cæteris nobilibus infimi gradus, ſunt nobiliores & illuſtriores. Et † quamuis Imperator ſit ipſe fons 3
nobilitatis *l. Imperator. C. de decur.* refertur tamen idem ad ordinem ſenatorum & nobiliũ *l. ius ſenatorum. C. de dignit. lib. 12.* † Dicitur itaq; 4
Nobilitas alia clara, alia generoſa, alia incluta,

B alia

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

alia ſpectabilis, alia egregia, alia illuſtris, alia Regia, alia Imperialis Receptaq; eſt apud Germanos illorũ titulorũ differẽtia, vt quidã dicantur Illuſtriſſimi, alij illuſtres, alij generoſi, alij nobiliſſimi, ſtrenui Streng oder geſtreng/ *Pet. Greg. li. 4. de Rep. c. 4. n. 5.* Adeoq; nobiliũ alii ſunt Principes, alij Duces, alij Marggrauij & Landgrauij, alij comites, Barones, alij deniq; in vltimo nobilitatis ordine in ſpecie & ſimpliciter nobiles dicti Tiraq. *de nobil. c. 37. n. 67. Pet.*
5 *Heg. p. 1. q. 2. n. 6.* Vnde † cõcludendũ eſt, dignitatem ipſorũ gradatim diſtingui, & duntaxat ſecundum maius & minus differre *tex. in pr. tit. Quis dic. dux, comes vel marchio* cũ ex imo fonte, Principe deſcendat: adeoq; tã latiſſime patere nobiliũ nomen, vt complectatur oẽs ordines ſeu gradus nobilitatis, vſq; ad plebeios Tiraq. *de nobil. c. 2. Schrad. conſ. 23. n. 42.* Hinc Innocent. III. Marchionem Miſnẽſem vocat virũ nobilem *in c. conſt. Ext. de teſt. & atteſt.* & Innocentius IV. Comitẽ Bononiensẽ nobilis nomine citat *c. grand. in pr. de ſuppl. negl. pral. lib. 6. Schra d. loc. n. 24. & conſ. 14. n. 89.* vbi notabiliter infert: diſpu
6 tationẽ † priuilegij, facientẽ mentionẽ de nobilib. cõprehẽdere ẽt Comites & Duces Tira. *c. 6. n. 51.* Quamuis. n. Duces, marchiones, Comites, aliquid plus habeant p̃ter vulgarem & cõmunem cæterorũ nobilitatẽ, ipſi tamẽ, præſertim in fauorabilib. appellatione nobiliũ cõprehẽdũtur; adeoq; omnia priuilegia, cõceſſa

nobilib. ét ad Duces atq; Comites extendunt *d.c.conſt.el.2.ibi,Sororis nobilis viri marchionis.Ext. de teſt & atteſt.d. c.grandi ibi,nobilē virū Comitē,de ſuppl.negl.prӕl.Schrad.conſ.12.n.155.& de feud.p.10 ſect.7.n.59.*Tira.*de nobil.c.6,n.51.*Speciali vero† 7
ſignificatione,*nobiliū* appellatione illi tantum veniunt,prӕſertim in dubio,qui ſunt infra Barones:*nobiles* ita ſimpliciter dicti.Quorum † in 8
Germania pleriq; ſtatib.Imperii,aliiſq; ordinibus ſubiecti:quidā vero Imperatori & Roma. Imperio immediate parent.Vti aūt mediate,ita ēt immediate Imperio ſubiectorū nobilium dignitas q̄ ex nobilitate habent,† nō eſt Rega 9
lis,vti in Principib.Comitib.ac Baronibus,nec inter ſtat⁹ Impii referūtur,nec in Imperii matricula reperiuntur,nec ēt ad Comitia Imperialia vocātur, adeoq; nec ſeſſionē & ius ſuffragii in iiſdē habent.Gaudent tamen illi qui ſunt immediate imperio ſubiecti,prę aliis nobilib.ſingulari p̄rogatiua. Vocātur ēt *liberi nobiles* Freye vom Adel/Freye Ritterſchafft:&in tres claſſes, Frāconicā, Sueuicam & Rhenēſem diuidunt: & quia immediate ſubſunt Imperio, ad inſtar ſtatuū Imperii: exinde cōſtitutionib. Imperii, de immediate Imperio ſubiectis loquentibus cōprehendūtur: nec non etiā ius & priuilegiū Auſtregarum iiſdem cōpetit *ex ordin. Cam.p.2. tit.3.4.5.Sixt.de Regalib.cap.4.n.96.lib.1.*

Quando autem hic de ordine nobilium agitur

ſint reipſa viles &turpiſſimę vitę *Hac P. Greg.* Et hincquoq; differētia quædam inter Nobilitatem, & genus nobilitatis conſtitui, & ipſum genus à nobilitate diſcerni ſolet: quaſi nobilitatio habeat quidem nobilitatem, ſed non genus, liberi eius genus habeant, ſed nullam gentilitatem: vt quæ tandem in nepotibus incipiat. *Connan. lib. 2. comment. cap* 11.

Cæterum quamuis nobilitatem antiquam perfectiorem noua dicamus, vt quæ ſplendore generis continuata, iam conſummata eſſe cenſetur, adeoque potior habetur *arg. l. 1. ff. de albo ſcrib.* non tamen poteſt probari quorundam inſolentia, qui antiquam † tantū nobilitatem iactitant, & nouam plane deſpiciunt. 12
Fuit eius rei olim certamen inter Appium Pulchrum, & Ciceronem. Appius irridebat Ciceronis nouitatem, vt nouum Arpinatem, & iactans familiæ ſuæ antiquitatem & ſplendorē, putabat ibi non eſſe nobilitatē, vbi non eſſet *εὐγένεια* nēpe generis ſplendor. Contra Cicero *lib. 3. Epiſt.* eum admonet, vt paulo diligentius attendat, quid Athenodorus Stoicus de his rebus dicat, vt quid εὐγένεια, quid nobilitas ſit, ntelligat: Poſſe aliquem *εὐγένειαν* habere, & tamen nobilem non eſſe: cum plerique ex illuſtribus & bonis parentibus nati, ſint flagitioſiſſimi; quos vere nemo nobiles dixerit, niſi dicamus in malitia & crimine nobilita-

13 tem. Recte † itaque ridendos eos venire dicit Petrus Gregorius, qui putant tantum nobiles ratione ſola generationis alicuius, qui nobilis dictus; & inde alii poſt illum: & virtute nuper nobilitatos, vel beneficio Principum dignitate donatos, contemnunt, & diſtinguendos à ſe putant. Quaſi vero eorum maiores non fuerunt aliquando noui, & aliquando primum cogniti ſimiles aliis, & veluti ſi ex cœlo ſoli lapſi eſſent, ita facti nobiles; non cogitantes, & illam nobilitatem conſenſu aliquando hominum probatam ex cauſa aliqua, poſſe ex contraria abrogari Pet. Gregor. Tholoſ. *d. cap.*
14 4. Nec † ſtringit quod prætenditur, Auctorem generis, ſiue inchoatorem Nobilitatis, eſſe quidem vere Nobilitatis principium; at non eſſe vere Nobilem; argumento èius quod dicitur: Vnitatem non eſſe numerum, ſed principium numeri. Quaſi ſcilicet eadem ſit vnitatis ad numerum ratio, quæ auctoris generis ad ſucceſſores. Quis enim ignorat, vnitatum confluxu augeri numerum; at Nobilitatem in poſteris non ob ſolam generationem ſeu natiuitatem, ſed ob ſpem & conuenientiam in virtute cum ipſo auctore? Quin & nulla ratio ſubeſt, cur ipſum principium, à quo poſteri habent, vt ſint & dicantur Nobiles, eximantur ab ea dignitate. Et certe vti o-
15 mnium † rerum initium & perfectio quædam:

dam:itemque infantia & virilitas. Ita quoque Nobilitatis aliquod principium ſtatuatur neceſſe eſt; cum iure naturali omnes homines æquales ſint niſi diſpoſitione ciuili ex numero plebeiorum legitime eximantur. Cum Adam primus naſceretur, & reliqui ſubſequerentur, nemo Nobilis, nemo præ aliis in dignitate conſtitutus: Et huc pertinet vulgatum illud:

Da Adam radt vnd Eua ſpann/
Wer war damals ein Edelmann?

Et huc vſque de nobilibus primi & ſecundi generis. Quos vero tertio gradu recenſuimus nobiles, in hos quadrat illud Iuuenalis *Satyra* 8.

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt, Pontice, longo
Sanguine cenſeri, pictoſq; oſtendere vultus,
Maiorum, & ſtantes in curribus AEmilianos?
Quis fructus generis tabula iactare capaci
Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros
Si coram Lepidis male viuitur?

Non enim facit nobilem, atrium plenum fumoſis imaginibus Petr. Gregor. Tholoſ *d. cap.* 4. *n.* 9. Et cadit quoque in eos merito, quod Cicero *in Piſonem.* Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum, quale ſimile nihil habes præter colorem:

Perit

perit omnis in illo
Gentis honos,cuius laus eſt in origine ſola.
vt eſt apud Ouidium *ad Piſon.* Vnicum enim Nobilitatis fundamentum eſt virtus.

Omnibus rebus anteit profecto
Libertas,ſalus,vita,res parentes,
Patria, & prognati tutantur,ſeruantur.

16 Cum autem & hi tertii generis nobiles, ſint antiquæ nobilitatis homines;&modo dictum ſit, antiquam nobilitatem cenſeri potiorem noua, illud hoc loco aliquãto plenius explicandum eſt; An † & quatenus nobilitas antiquior,ſit dignior noua, ſiue ea quæ nouiſſimis parta eſt temporibus? vbi omnino exiſtimo diſtinguendum eſſe cum Henrico Bocero *in tract.de Regalib.cap.2.n.46.* vt Nobiles tempore iuniores, cedere debeant antiquioribus,ſi iidem meritis & virtute pares ſunt *per text in l.ſi quis* 10.*C. de profeſſ. & medic. lib.*12.*l.*1. *de albo ſcrib.l.*1.*l.*4.*C.de conſulib.lib.* 12. vbi traditur, in dignitatibus antiquiorem eſſe præferẽdum. *Item l.ſemper* 5 *.de iure immunit.l.*1.*l.*2. *C. de præf.prætor.l.*1.*C.de præpoſ.ſacr. cubic. l.* 2. *C. de primicerio l.*1.*C.de comitib.& archiat.l.comperimus* 13.*C.de prox.ſacr.ſcrin.lib.*12. vbi temporis,quo quiſque in ordinem aliquem receptus eſt, rationem habendam eſſe traditur. At nobilem iuniorem,ſi meritis & virtute vincat nobilem antiquio-

antiquiorem [illegible] ...ere locum, & antiquiori præferri debere *per text. in l. vlt. verſ. nec enim C. de tyronib. lib. 12. l. vnicuique 7. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12. l. prouidendum 7. Codic. de poſtul.* In differentibus enim æqualitatem ſtatuere abſurdum eſt, & non debent degeneres vel peiores melioris conditionis eſſe, quam boni *l. 4. ff. quod vi aut clam l. ſed ſi quid* 15. §. 1. *&* §. 2. *ff. de vſufr.* ne confundatur differentia ingenii & naturæ, doctrinæ & inſtitutionis *l. inter 31. in princ. ff. de ſolut.* Quod autem attinet eos nobiles, qui nō ipſi nobilitatem ſibi pararunt, ſed à parentibus ſuis eam adepti ſunt, ſiue nobiles nati, quo antiquior eorū fuit nobilitas, eo dignior & maior habenda, *per text. in l. 2. §. quæ omnia 9. verſ. ſed & Anatolium, ibi, ab antiqua ſtirpe legitima procedens, vbi Alberic. C. de vet. iure enucl. l. 1. ibi, natales antiquos C. de iure aur. annul. l. 1. in princ. ibi, nobilis regionibus, ſerie ſeculorum antiquiſſima ff. de cenſib. Tiraq. de nobilit. cap. 19.*

Diſcerni † hinc quoque ſolet, inter nobilitatem virtutis rerumque geſtarum & nobilitatem ex ortu & natalibus, ſiue generis: Cum in aliquo poſſit eſſe nobilitas generis, in quo non ſit nobilitas virtutis. Sed placet diſtinctio inter nobilitatem perfectam, & mancam. 17 *Keckerman, in præcognit. Ethici ſyſtem. pag.* 41. vbi nobilitatem perfectam definit, quæ nobilita-

tis v-

tis vtrumque habet [illegible] um, tum excellentem virtutem, eamque continuatam à primo ſtémate ad poſteros; tum collationem dignitatis iſtius factam à perſona quæ nobilitatem conferre poſſit. Mancam autem eſſe nobilitatem tradit, quæ tantum alterum fundamentum habet, nempe collationem dignitatis in ſtemma familiæ à perſona maieſtatis ius habente.

Meminerint autem ſucceſſores nobilitatis, vt eandẽ ſua virtute continuent, familiamque exornent, res geſtas & merita progenitorum imitantes. Nec dant occaſionem poetis, perſtringentibus nobilitatem ſine virtute: ſed ſint inter iſtos paucos de quibus Ariſtoteles 5. *Politic.* 1. Nobilitatem in verbis quidem fere omnes vſurpant; ſed qui reuera nobiles ſint, pauci reperiuntur. Nobiliſſimi ſunt, qui genere & virtute ſua actiones ſuas nobilitãt. Ignobiliſſimi vero, qui neque genere, neque virtute ſua nobiles, ſed duntaxat titulum nobilitatis vanum prætendunt: qui propterea nõ præmio virtutis, ſed pœna digni quod ipſi in cute perditi & ſuo exemplo Rempublicam perdant, vt cum Cicerone *lib.* 3. *de legib.* loquar.

18 Ratione loci diſtinguitur † Nobilitas variis modis; quippe quod alia ſit nobilitas Hebræorum, alia Græcorum: hodie aliam Germanorum, Gallorum, Italorum, Polonorum, & Turci-

[T]urcicorum, de quibus nobilitatis diſcretio-
[n]ibus tractat Zuingerus *vol.28. theatri vitæ hu-
[m]anæ lib.2.* quo lectorem remittimus. Et am-
[p]lectimur nos Nobilitatem Germanorũ no-
[ſ]trorum: quam hodie omnium † antiquiſſimã 19
[e]ſſe probat Kirchnerus *in diſp. Politica 12. coroll.*
2. vbi dicit, eam αὐτόχθονον eſſe, & indigenam,
non aliunde ductam.

Et certe longe excellentiſſimam † eſſe Ger- 20
manicam Nobilitatem præ aliis, cuiuis con-
ſtare poteſt ex inſtitutis ludis Equeſtribus ſeu
Torneamentis vel haſtiludiis, de quibus
Munſterus *lib.3. Coſmograph.* vbi tradit: quali-
ter † Henricus Dux Saxoniæ, electus Roma- 21
norum Rex circa Annum Chriſti 934. poſt-
quam indefeſſo ſtudio Chriſtianorum Prin-
cipum & Procerum Imperii Saxoniam ab ir-
ruptione infidelium liberaſſet, nobilitatem
apud ſe collectam ludo aliquo iucundo &
honeſto recrearit; ſimulque certos articulos
prçſcripſerit, ſecundũ quos viuere neceſſe ha-
bebãt, quos articulos numero duodecim † in 22
gratiam nobilium hic ſubiicere volui.

Primus eſt. Quicunque ex Nobilibus ali-
quid egerit, aut dixerit, contra ſanctam fidem
noſtram, arceatur à Torneamento: & ſi præ-
textu Nobilitatis maiorum ſuorum præſum-
pſerit torneamenti ludum, percuſſus confun-
datur.

Alter.

Alter. Quicunque Nobilibus ortus parentibus, egerit contra ſacrum Romanum Imperium, aut contra Cæſaream Maieſtatem, puniatur & verberetur publice in torneamento.

Tertius. Quicunque Nobilibus ortus parentibus Dominum ſuum prodit, aut fugiendo illum deſerit, aut alia via, neceſſitate non vrgente fugam in exercitu mouet, aut conciues ſuos innoxios occidit, in torneamento puniatur.

Quartus. Quicunque Nobilibus ortus parentibus violauerit aut infamauerit verbis vel factis mulieres aut virgines, puniatur publice in torneamento.

Quintus. Quicunque Nobilibus ortus parentibus deprehenſus fuerit corrupiſſe ſigillum, aut violaſſe iuramentum; aut qui declaratus fuerit infamis; aut pro tali habitus, is ceu indignus torneamentum non ingrediatur: ſi ingreſſus fuerit, impunis non egrediatur.

Sextus. Quicunque Nobilibus ortus parentibus conſortem lecti ſecreto aut aperte interfecerit, aut conſilio ſiue facto cooperatus fuerit ad interitum Domini ſui, erga talem ius torneamenti exerceatur.

Septimus. Quicunque Nobilibus ortus parentibus Eccleſias, ſacella, viduos aut pupillos ſpoliauerit, aut quod eorum eſt apud ſe poten-

…etinuerit, cum illi magis tutandi & iuuandi ſint, puniatur.

Octauus. Quicunque Nobilibus ortus parentibus alterius fit hoſtis, & cauſam ſuam legitimo ordine aut iure belli non agit, aut exequitur, ſed aduerſarium rapinis aut incendio lædit: potiſſimum autem, qui frumentum & vinum perdit, vnde Reipublicæ incommodetur; aut qui pro publico raptore declaratus fuerit, in torneamento cædatur.

Nonus. Quicunque Nobilis in Imperio innouationes aliquas facere, aut alia grauamina imponere præſumpſerit, præter ea, quæ ab antiquis temporibus in vſu habentur, ſiue id fiat in principatibus, ſiue in dominiis aut aliis iuriſdictionibus, in aquis aut terris ſine ſcitu & aſſenſu Romani Imperatoris, ita vt mercatores publicis itineribus ire nequeant: vnde regionibus non parum incommodari poſſet in commeatu & temporis neceſſitatibus; in torneamento publico puniatur.

Decimus. Quicunque Nobilis adulterium perpetraſſe, aut mulieres ac virgines ſtupraſſe conuincitur, puniatur in torneamento.

Vndecimus. Quicunque Nobilibus ortus parentibus non ducit vitam Nobili homine dignã, viuendo ſcilicet ex cenſibus & reditib⁹ feudorũ hæreditariorum, aut feudorũ ob miniſterium conceſſorum, aut victitando ex mi-

Alter. Quicunque Nobilibus ortus parentibus, egerit contra ſacrum Romanum Imperium, aut contra Cæſaream Maieſtatem, puniatur & verberetur publice in torneamento.

Tertius. Quicunque Nobilibus ortus parentibus Dominum ſuum prodit, aut fugiendo illum deſerit, aut alia via, neceſſitate non vrgente fugam in exercitu mouet, aut conciues ſuos innoxios occidit, in torneamento puniatur.

Quartus. Quicunque Nobilibus ortus parentibus violauerit aut infamauerit verbis vel factis mulieres aut virgines, puniatur publice in torneamento.

Quintus. Quicunque Nobilibus ortus parentibus deprehenſus fuerit corrupiſſe ſigillum, aut violaſſe iuramentum; aut qui declaratus fuerit infamis, aut pro tali habitus, is ceu indignus torneamentum non ingrediatur: ſi ingreſſus fuerit, impunis non egrediatur.

Sextus. Quicunque Nobilibus ortus parentibus conſortem lecti ſecreto aut aperte interfecerit, aut conſilio ſiue facto cooperatus fuerit ad interitum Domini ſui, erga talem ius torneamenti exerceatur.

Septimus. Quicunque Nobilibus ortus parentibus Eccleſias, ſacella, viduos aut pupillos ſpoliauerit, aut quod eorum eſt apud ſe poten-

…etinuerit, cum illi magis tutandi & iuuandi ſint, puniatur.

Octauus. Quicunque Nobilibus ortus parentibus alterius fit hoſtis, & cauſam ſuam legitimo ordine aut iure belli non agit, aut exequitur, ſed aduerſarium rapinis aut incendio lædit: potiſſimum autem, qui frumentum & vinum perdit, vnde Reipublicæ incommodetur; aut qui pro publico raptore declaratus fuerit, in torneamento cædatur.

Nonus. Quicunque Nobilis in Imperio innouationes aliquas facere, aut alia grauamina imponere præſumpſerit, præter ea, quæ ab antiquis temporibus in vſu habentur, ſiue id fiat in principatibus, ſiue in dominiis aut aliis iurisdictionibus, in aquis aut terris ſine ſcitu & aſſenſu Romani Imperatoris, ita vt mercatores publicis itineribus ire nequeant: vnde regionibus non parum incommodari poſſet in commeatu & temporis neceſſitatibus; in torneamento publico puniatur.

Decimus. Quicunque Nobilis adulterium perpetraſſe, aut mulieres ac virgines ſtupraſſe conuincitur, puniatur in torneamento.

Vndecimus. Quicunque Nobilibus ortus parentibus non ducit vitam Nobili homine dignã, viuendo ſcilicet ex cenſibus & reditib⁹ feudorũ hæreditariorum, aut feudorũ ob miniſterium conceſſorum, aut victitando ex mi-

litari ſtipendio, aut donatiuo ſibi ob ſultationes à Principe deſignato, aut ex propriis allodiis viuendo: ſed miſcet ſe commerciis negotiatorum aut campſorum, aut emit quæ rurſum carius vendat, aut vtitur aliis malis artibus, quibus nocet proximis aut ſubditis ſuis, contemptibilemque reddit nobilitatem ſuam; is ſine verberibus ingredi nequit chorum torneamenti.

Duodecimus. Quicunque torneamento intereſſe vult, & ex Nobilibus parentibus ortus non eſt, neque ex quatuor auis ſuam probare poteſt nobilitatem, hic nullo pacto poteſt ingredi militarem ludum; *Munſter. d. loc.*

De ſimili iure & iudicio Equeſtri Sileſiæ elegantem tractatum ſcripſit illuſtris Dominus Georgius à Wenzky & Peterſcheida &c. qui nuper Lipſiæ typis impreſſus exſtat.

De Turcica Nobilitate hoc adhuc addo, quod tradit Laurentius Riſebergius *cap. 4. de polit. Turcarum rebus.* his verbis: Nobiles, quos Tzlebios ſeu Zelobinos, ſeu Celeuios vocant, genere habent quidem, parum autem honorãt. Sultani enim ſibi ab illis metuentes ad nullas dignitates eos euehunt, ſed Mammeluccos eis præferunt, vtpote quos quoties libet rurſum eiicere abſque periculo ſeditionis poſſunt. Virtute nobiles quos Padiſcha Humcuari, id eſt, mancipia Sultani vocant, primum locum

locum obtinent, vt qui rebus præclare geſtis ad honores euehuntur. Nulla † enim gens 23 creditur, tam liberalis erga virtute præſtantes, ac Turcica. Aſt vt maxime euehuntur, ita maximis obiiciuntur procellis inuidioſorum & ambitioſorum & auarorum. Sæpe enim vel leuiſſima de cauſa traducti vel eiiciuntur, vel interficiuntur etiam non auditi, dum delatoribus aures plus quam patulas (vt Tyranni ſolent) præbent. Ex horum numero Baſſæ Nobiliores ſunt, Ibraim, Hali, Hazon, Acomathes, Sinan &c.

Augerius Busbequius *Epiſt.* 1. *legationis ſuæ Turcicæ.* de nobilitate Turcica ita ſcribit. In Turcia, ait, Nobilis ex ſuis virtutibus & factis fortibus agnoſcitur: adeoq; Turcæ neminem, ne ſuorum quidem, niſi ex ſe pendunt: ſola domo Othomannorum excepta, quæ ſuis cenſetur natalibus: alias natalibus ſuis nemo diſtinguitur. Honos in Turcia cuique pro muneris & officii, quod adminiſtrat ratione defertur. Nullum ibi de loco certamen. Muneris genus, quo fungitur, ſuum cuique locum aſſignat. Munera vero & officia Princeps ipſe tribuit: in quo non diuitias, non fumum nobilitatis pendit, non gratiam cuiuſquam, aut multitudinis iudicium moratur, ſed mores conſiderat; ſed mores, ingeniumque & indolem intuetur. Ex † ſua 24

virtute quiſque ornatur. Ita muneribus, qui ſunt ad ea obeunda idonei præficiuntur. Suos ibi quiſque natales, ſuam fortunam quã fingat, pro arbitrio in manu habet. Qui rerum primas à principe tenent, fere ſunt paſtorum aut bubulcorum filii: de quo tantum abeſt, vt eos pudeat, vt etiam inter ſe glorientur, eoque ſibi plus tribuunt, quo minus maioribus aut natalium fortunæ debent. Sic ea in gente dignitates, honores magiſtratus, virtutum aut meritorum præmia ſunt. Improbitas, ignauia, inertia, nullo honore penſantur, iacent, contemnunturque. *Huc vſque Augerius Busbequius d.loc.* vbi ſimul conqueritur de eo: Quod in Germania omnia deferantur natalibus: opinione natalium omnes honoris aditus occupentur: virtuti nihil relinquatur loci &c.

25 Ratione loci diſtinguũtur † Nobiles in Vrbanos & Ruſticanos Tiraq. *de Nobilitat. cap.* 2. *n.* 53. Vrbani ſunt, qui in vrbibus & ciuitatibus: Ruſticani vero qui ruri in villis habitant. Quæ tamen loci diſtinctio Nobilitati parum aut nihil addit vel detrahit. Quamuis enim Vrbani propter maiorem eorum ciuilitatem, rerumque peritiam, in maiori pretio olim habebantur apud Romanos *Auth. præſides. C. de Epiſc. audient. §. interim. Nou. de defenſ. ciuit.* Tiraq. *d. loc. n.* 54. *& ſeq.* non tamen ex eo ſtatim Ruſticani, quod rus habitant, ignobiliores habendi

bẽdi ſunt arg.*l.vrbana.de verb.ſign.* Quin potius Ruſticani & Villicani cenſeri poſſent melioris conditionis præ vrbanis, quod villicani non ſolum maiori libertate, & ruſticorum quoque priuilegiis freti, ſed etiam quaſi Reguli ſuis Ruſticis & villicis imperare queant Tiraq.*d loc.n.*54.

Denique cum virtus ſit fons, ex quo laus, honos,& tandem nobilitas fluit *l.prouidendum C de poſtul.l.*4.*C.de ſtat. & imag.c nos qui Ext. de probat.*eaque ſit vel armata ſiue militaris,& legata ſiue literaria; exinde duplex † erit con- 26 ſtituenda Nobilitas. *Vna* quæ marte ſiue armis;*altera* quæ arte ſiue literis conciliatur. Vtraque enim virtus facit nobilem *l.aduocati & tot.tit.C.de aduoc.diu.iudic.l prouidendum. C.de poſtul.*§.3.& 4.*in proœmio Inſtit.l diximus.in fin.de excuſat.tut.*Tiraq.*de nobilitat.cap.*5.*num.*5.modo iuſta accedat nobilitandi forma.Neque enim ſola ſcientia ſufficit ad nobilitatem,niſi etiam cum ſcientia concurrat authoritas Imperatoris,tanquam fons & caput nobilitatis. Et hac ratione appoſite dicitur marte, & arte, id eſt. armis & literis conciliari Nobilitatem. De illa nobilitate,quæ & generis eſt, itemque hæreditaria,hoc lôco:De ſcientiæ nobilitate ſiue ea quæ ex literis prouenit, agetur *lib.ſeq.*

CAPVT V.

A quibus, quomodo, & quibus conferatur & acquiratur nobilitas.

SVMMARIA.

1 *Nobiles naſcuntur, aut fiunt.*

2 *Nemo à ſe ipſo nobilitatem acquirere poteſt.*

3 *Fiunt quando confertur alicui nobilitas, ab eo, qui ius conferendi habet.*

4 *Ius illud habent ſuperiorem non recognoſcentes, & quibus illi hoc conceſſerunt n. 10.*

5 *An etiam Electores vel alii Principes?*

6 *Authoris ſententia.*

7 *Ius nobilitandi eſt de reſeruatis Principis & de maioribus regalibus.*

8 *Explicatio & reſtrictio regulæ:* tantum poſſe Principes inferiores in ſuo territorio, quantum in Imperio Imperator.

9 *Archiduces Auſtriæ ſpeciali priuilegio obtinuerunt, vt poſſint nobiles Barones & Comites creare.*

11 *Nobilitare eſt actus voluntarius, quocirca etiam extra territorium exerceri poteſt. & 39.*

12 *Imperator Romanus nobilitare poteſt, quemcunque etiam indignum.*

13 *Qui facto ſe nobilem profitetur in... in crimen falſi.*

14 *Virtus vt nobilitet debet & belli c... tempore ad promouendam Remp. adl...*

15 Et

15 *Et ab Imperatore in ordinem nobilitatis collocari.*
16 *Conſuetudo nobilitandi ante multos annos in vſu.*
17 *Expeditur ille actus expreſſe vel tacite.*
18 *Expreſſe. Literis verbis ve expreßis nobilitatem conferendo.*
19 *Mulier plebeia nubens marito nobili nobilis fit. Etiam mortuo marito vſque dum in viduitate manet n.20.55.57.58.60.*
21 *Tacite, ſine expreſſa aliqua creatione per neceſſariam conſequentiam.*
22 *Sic nobiles fiunt in Senatum Principis allecti: quæ nobilitas etiam ad filios illorum tranſit. num.23.*
24 *Lateri Principis adhærentes.*
25 *Exercitui Præfectus.*
26 *Virtus bellica per ſe non facit nobilem.*
27 *Conceßione armorum & inſignium tacite confertur nobilitas.*
28 *An etiam conceßione feudi nobilis?* 29.30.31.32.33.34.& 35.
36 *Conceſſo priuilegio nobilitatis ad certos vſus: Illud territorii fines non egreditur.*
37 *Secus in nobilitate ſimpliciter cōceſſa n.38.&* 41.
40 *Nobilitas etiam inuito, ſed commutabiliter conferri poteſt. &* 46.
41 *Simpliciter & abſolute conceſſa nobilitas eſt perpetua. Non illa quæ ad certos vſus.*

CAPVT V.

A quibus, quomodo, & quibus conferatur & acquiratur nobilitas.

SVMMARIA.

1 *Nobiles naſcuntur, aut fiunt.*
2 *Nemo à ſe ipſo nobilitatem acquirere poteſt.*
3 *Fiunt quando confertur alicui nobilitas, ab eo, qui ius conferendi habet.*
4 *Ius illud habent ſuperiorem non recognoſcentes, & quibus illi hoc conceſſerunt n.* 10.
5 *An etiam Electores vel alii Principes?*
6 *Authoris ſententia.*
7 *Ius nobilitandi eſt de reſeruatis Principis & de maioribus regalibus.*
8 *Explicatio & reſtrictio regulæ:* tantum poſſe Principes inferiores in ſuo territorio, quantum in Imperio Imperator.
9 *Archiduces Auſtriæ ſpeciali priuilegio obtinuerunt, vt poſſint nobiles Barones & Comites creare.*
11 *Nobilitare eſt actus voluntarius, quocirca etiam extra territorium exerceri poteſt. &* 39.
12 *Imperator Romanus nobilitare poteſt, quemcunque etiam indignum.*
13 *Qui facto ſe nobilem profitetur incidit in crimen falſi.*
14 *Virtus vt nobilitet debet & belli & pacis tempore ad promouendam Remp. adhiberi.*

15 Et

15 Et ab Imperatore in ordinem nobilitatis collocari.

16 Conſuetudo nobilitandi ante multos annos in vſu.

17 Expeditur ille actus expreſſe vel tacite.

18 Expreſſe. Literis verbis ve expreßis nobilitatem conferendo.

19 Mulier plebeia nubens marito nobili nobilis fit. Etiam mortuo marito vſque dum in viduitate manet n.20.55.57.58.60.

21 Tacite, ſine expreſſa aliqua creatione per neceſſariam conſequentiam.

22 Sic nobiles fiunt in Senatum Principis allecti: quæ nobilitas etiam ad filios illorum tranſit. num.23.

24 Lateri Principis adhærentes.

25 Exercitui Præfectus.

26 Virtus bellica per ſe non facit nobilem.

27 Conceßione armorum & inſignium tacite confertur nobilitas.

28 An etiam conceßione feudi nobilis? 29.30.31. 32.33.34.& 35.

36 Conceſſo priuilegio nobilitatis ad certos vſus: Illud territorii fines non egreditur.

37 Secus in nobilitate ſimpliciter cōceſſa n.38.& 41.

40 Nobilitas etiam inuito, ſed commutabiliter conferri poteſt. & 46.

41 Simpliciter & abſolute conceſſa nobilitas eſt perpetua. Non illa quæ ad certos vſus.

42 *Patritii propter ſplendorem ciuitatis nobiles cenſentur, ſed tantum in illo loco.*

43 *A plebe pro nobile habitus, an nobilis cenſendus?*

44 *An præſcriptione acquiratur nobilitas?*

45 *Nobilitari poſſunt omnes, quibus porta dignitatum patent.*

47 *In iure qui Doctores creantur nobilitatem conſequuntur.*

48 *Ex patre nobili nobilis naſcitur.*

49 *Nec in filios tantum, ſed & in pronepotes nobilitas transfertur & vltra.*

50 *Nobilitas quo antiquior, eo nobilior.*

51 *A ſolo patre deducitur nobilitas, etiamſi mater ſit ignobilis n.52. 54.*

53 *Ex patre ignobili, matre nobili, ignobiles procreantur n.56.*

59 *Si de conditione viri mortui dubitetur vidua pro tali habetur qualis nata eſt.*

61 *Viduæ competunt tantum priuilegia ex dignitate non ex officio mariti deſcendentia.*

62 *Vtrum mulier habens maritum nobilem diu abſentem & propterea ſecundo ignobili nubat, eo ipſo amittat nobilitatem?*

63 *In nonnullis Galliæ locis venter nobilitat.*

64 *Quare liberi paterna non materna dignitate nobilitentur.*

65 *Reſpondetur obiectioni.*

66 Con-

66 *Conſuetudo, vt ex genere materno attendatur nobilitas, valet.*

67 *Moribus Germanorum nobiles ex vtroque latere octo generationes pro. are tenentur.*

68 *Idem in collegiis Capitularium obſeruatur contra ius Canonicum.*

69 *Ad ludos equeſtres nemo admittitur niſi qui nobilitatem ſuam ex quatuor auis paternis & maternis deducere poſſit.*

70 *Idem in Sileſia quoad iudicium equeſtre obſeruatur.*

71 *Sicut & in Polonia.*

72 *Et de conſuetudine in Hiſpania.*

73 *Vt & iure Saxonico.*

74 *Quod tamen requiſitum Imperator vi ſupremæ poteſtatis ſupplere poteſt.* 77.

75 76 *Duabus reſpondetur obiectionibus.*

78 *Ex Principe, Duce, Marchione, &c. & matre ignobili nati patriam dignitatem participant & in feudis ſuccedunt.*

79 *Modo legitime nati* 82.89.

80 *Nobilitas non aſcendit, ſed deſcendit.*

81 *Nec ad tranſuerſales tranſit.*

83 *An ad liberos ante nobilitatem patris natos extendatur nobilitas?* 84.85.

86 *Ex duobus regis filiis quorum vnus ante, alter poſt adeptum à patre regnum natus vter præferatur?*

87 *l. Senator* C. *de dignitatibus alia lectio* 88

C 5 90 *Ba-*

90 *Baſtardi etiam ex perſona matris non ſunt nobiles.*

91 *Quod tamen conſuetudine in nonnullis locis receptum.*

92 *Spurii natalibus reſtituti nobilitatem non conſequuntur niſi illius in bulla legitimationis fiat mentio.*

93 *Conſequuntur legitimati à patre nobili per ſequens matrimonium nobilitatem.*

94 *Licet ex abiectæ conditionis fœmina nati. Etiam iure Canon.* 95.

96 *An ad adoptiuos transferatur nobilitas?* 97. 98. 99.

100 *Nobilis à plebeio adoptatus an nobilitatem amittat?* 101. 102. 103. 104 *& ſeqq.*

108 *Nobilitas parentum etiam in filios furioſos deriuatur.*

EX definitione Nobilitatis politicæ ſuperius *cap.* 2. propoſita, *in verbis*: *quam vel ille acquiſiuit, vel à parente in ſe deriuatim poßidet*: pa-
1 tet, recte circa modum acquirendæ nobilitatis dici: Nobiles † aut fieri aut naſci *arg.* §. 4. *Inſtit. de iure perſon.* Naſci autem nobilem, præſupponit aliquem qui ante nobilitatem habuit, ex quo naſcitur nobilis. Alias certe nemo naſcitur nobilis: & nobilitas non eſt qualitas naturalis, ſed accidentalis Bartol. *in l.* 1 C. *de dignit.*

de dignit. lib. 12. Et niſi quis naſcatur nobilis, vel ipſe beneficio Principis Nobilitatem ſibi acquirat, non erit Nobilis. Dixi, *beneficio Principis* † Nemo enim à ſeipſo nobilitatem acquirere poteſt. Si quis tamen nobilitatem acquiſitam facto ſuo amiſit, eam contrario facto recuperare poteſt Guido Papæ *quæſt.* 89. *poſt* Bartol. *in d. l.* 1. Faber *in ſuo Codice lib.* 9. *titul.* 28. *defin.* 2. 2

Fit itaque nobilis, cui nobilitas confertur † ab eo qui ius nobilitandi habet: qualis eſt 3
ſummus Princeps, ſiue Imperator in Romano Imperio *l. quoties.* §. *veros. C. vbi ſenat. vel clariſſ. vbi Paul. de Caſtr. l. vnic. C. de his qui à Principe vacat. accep. lib.* 10. *l.* 3. *C. de conſulib. & non ſparg. pec. l.* 2. *l. fin. de natalib. reſtit.* Carol. Tap. *ad Rub. ff. de conſtit. princip. cap.* 4. *num.* 112. *& ſeqq. Goden. conſil.* 3. *num.* 23. *& ſeq.* Nec immerito: inquit Aluarottus *in cap.* 1. *Quis dic. dux* quia is dicitur Nobiliſſimus *l quæris. ff. de natalib. reſtit.* Et Paulus Caſtrenſis dicit, quod illi proprie dicantur Nobiles, quos Princeps nobilitat, & quod propterea reſcripta loquentia de Nobilibus, de iſtis ſint intelligenda *in conſil.* 22. *viſis omnibus col.* 2. *lib.* 2. Et Cæſaris eſſe, vt nobiles conſeruet & efficiat ſcripſit Plinius *in Panegyrico.* Eleganter in eandem ſententiam dicebat Solon: eos qui apud Reges

ges in pretio erant, eſſe calculis ſimiles, quibus in exponendis rationibus vtimur. Vt enim illi interdum maiorem numerum, interdum minorem ſignificant: ita & Reges horũ quenque, pro vt libitum fuerit, aliquando illuſtrem & inclytum, aliquando obſcurum habere & nobilem. Eſt autem eiuſmodi principis nobilitatio, quaſi natalium reſtitutio. Neque enim ſolum natalibus reſtituitur libertus vt patronatus obſeruantia liberetur; Sed etiam plebeius, cum ad nobilitatem adſciſcitur, quãquam antea nunquam inter nobiles fuerit. Budæus *in l. 5. ff. de ſenatoribus* Tiraquell. *de nobilit. cap. 6. numer. 2. & 3. arg. l. 1. de natalib. reſtit.*

Quin & Rex in ſuo Regno nobilitandi po-
4 teſtatem habet, itemque † alij ſuperiorem non agnoſcentes; cum illi ad paria iudicentur cum Imperatore Romano, & tantum poſſit Rex, & alij in ſuis Regnis, quantum Imperator in Imperio Romano Pet. Anton. de Petr. *in tract. de iure quæſito per Princip non toll. cap. 3. quæſt. 4. n. 39.* Decian. *in tract. crimin. lib. 2 cap. 22. n. 1.* Peregrin. *de iure fiſci lib. 1. tit. de iis qui iura fiſci hab.* Roſenth. *de feud. capit. 10. concluſ. 1. numero 6.*

5 An autem præter † Imperatorem, etiam reliq; inferiores Principes, Electores, Duces Marchiones, & alii ius nobilitandi habeant? quæſtionis

ſtionis eſt. Sane eorum qui id adfirmant, magnus eſt numerus: vti videre eſt apud Tiraquellum, *d tract. cap. 6. num.* 5. cui addo Obrecht *diſp. feud.* 2. *num.* 28. Knichen *in comment. ad ius Saxonic. cap.* 1. *in fin.* M. Antonium Peregrinum *in tract. de iure fiſci titul. de iis qui iura fiſcalia habent num.* 76. Illud tequidem non nego: poſſe prædictas perſonas illuſtres in ſuis territoriis aliquem plebeiæ conditionis admittere ad actum quendam, à nobilibus duntaxat exerceri ſolitum; adeo vt in hoc, vel illo territorio, ab hoc, vel illo Principe, pro Nobili habeatur: at vt idem extra territorium pro nobili habeatur, vix efficiet Princeps ſuperiorem recognoſcens. Et ſic conſtat, eiuſmodi Principes poſſe condere leges vniuerſales, nimirum quoad ſuos ducatus ſiue Principatus Pet. Ant. de Petr. *d. tract. cap. 6. p. 2. num.* 74. Peregrin. *d. loc. num.* 76. *& ſeqq.* non etiam vt valeant extra territorium. Sic inferiores Principes, itemque ciuitates & vniuerſitates poſſunt creare Notarios: ſed eorum authoritas non eſt generalis, ſed duntaxat in ſuis Electoratibus, Ducatibus Principatibus, Epiſcopatibus, Comitatibus, Ciuitatibus & vniuerſitatibus vbi creati officium ſuum exercere poſſunt: At Notarij creati authoritate Imperatoria, vbique locorum officio ſuo recte, & inſtrumenta fide digna conficere poſſunt, non 6

ſolum

ſolum in vniuerſo Imperio Romano, ſed etiam in locis aliis extra Imperium Gail. 2. *obſ.* 71.*num.*13.Sixtin.*lib.2.de Regalib.cap.*15.*num.*15. *vbi plures allegat.Dd.* Et hinc recte & vere tradit Henricus Roſenthal *p.1.feud.cap.2.n.*9. in Germania noſtra vix dum nobilem quempiam haberi,præſertim ita vt ad deſcendētes ſplendor ille tranſeat,niſi qui ab Imperatoria Maieſtate,hoc obtinuerunt,vel genere, vel conſuetudine.Non ignoro,*addit* in quibuſdam locis, quædam eſſe officia, quæ gerentes inter ſuos nobilitant ipſo iure. Quod exteri parum erāt, quo loci & ab alio aliquo Principe inferiori nobilitate donati plerumq; habentur ab aliis.
7 *Huc vſque Roſenthal.*Et facit huc,† quod abſque dubio Nobilitatio ſiue ius nobilitandi ſit de maioribus Regalibus, & reſeruatis Imperatori, quæ certe Imperatori cum reliquis inferioribus Principibus non ſunt communicabilia. Sixtin.*lib.1.de Regalib.cap.2.num.*36.Roſenth.*d. cap.2.n.*4.Vult.*lib.1.feud.cap.*5.*n.*7.

Quando autem dicitur de Ducibus &Principibus aliiſq; inferioribus Imperatore, tātum
8 eos† in ſuis ditionib.ac territoriis ſuis poſſe.q̃tū Imperator in Imperio Romano: illud nō omnino ſimpliciter, ſed ciuiliter intelligendū eſt, vt nimirū excipiātur ea quæ ſoli Imperatori ſunt reſeruata. Et hinc Ferrarius Montanus *lib.1.de feud.c.6.verſ. Tertio feudum* dicens, Principes

cipes inferiores eandem authoritatem habere in ſua ditione, quam Imperator habet in Imperio; Statim addit reſtrictiones: negando eos poſſe creare Comites Palatinos vel Tabelliones, ſpurios legitimare, generalia priuilegia cōcedere & præter eas reſtrictiones *lib.5.c.7.verſ. Regalia adhuc bifariā.* plura alia adducit, quæ eiuſmodi Principib in ſuis ditionib. non competunt: inter quæ ſunt, Academiā erigere, nobilitatis inſignia dare, Doctorē creare, laurea poetica aliquē donare: Quibus generaliter addit, ſe prætermittere id genus alia, quæ paſſim per Principes peculiariter ab Imperatore petū tur Sixt. *lib.1. de Regal.c.5.n.123. & ſeq.* Sic quoq; Valentinus Forſterus *lib 8. de ſucceſ. ab inteſtato c.34.n.42.* aſſerit, hanc ſententiam non ſolum eſſe iuri magis conſentaneā, ſed & æquiorē: & Imperatorē ſibi reſeruaſse illos actus, q ad ei⁹ ſplendorem, maieſtatem & authoritatem amplificandam pertinent Quin & Chaſſanæu *in tract. de gloria mundi p 5.conſider. 24.n 164.v. Aduerte tamen.* negat Principib inferiorib. competere ea regalia & reſeruata ſupremi Principis; quę ibidē in ſpecie late enumerauit. Et Fuluius Pacian⁹ *lib.2. de prob c.18.n 21. & 22 ſcribit:* Principes ſuperiorē recognoſcentes, ideo ꝙ tātam poteſtatem in ſuis territoriis, q̃tam Imperator in Imperio Romano, nō habēt, vigore regaliū legitimare non poſſe. Plures cōſentiētes refert

Sixtinus

Sixtinus *d. cap.* 5. *num.* 122. Cui addo Franciſcum Ripam, allegatum à Tiraquello *d. c* 6 *n.* 5. Qui itidem dicit; ſolum imperatorem poſſe nobilitare. Quamuis autem in Italia Principes ſint, qui præter alia, etiam ſuprema regalia & reſeruata ſummi Principis arrogant & vſurpant, non tamen inde poteſt ad quoslibet alios inferiores Principes inferri Sixt. *d. ca.* 5 *num.* 129. Et vt demum concludam, hoc inſuper addo. Archiduces Auſtriæ, licet primarii Duces ſint, non tamen eos vt Principes inferiores poſſe de iure communi in ſuo Principatu, idem, quod Imperator in Imperio. Vn-
9 de per ſpeciale † priuilegium Cæſareum obtinuerunt, vt non ſolum in ſuo Archiducatu, ſed & in toto Imperio Romano poſſint Nobiles & Barones Comiteſque creare: quod priuilegium certe non impetraſſent, ſi alias habuiſſent. Priuilegium illud verbotenus habetur apud Munſterum *lib.* 3. *Coſmograph. cap.* 406. & ex parte etiam apud Gilmannum *lib.* 2. *rer. iudicat. deciſ.* 54. *n.* 59.

Solus imperator Romanus itaq; in Imperio
10 Romano nobilitare poteſt, & † cui ille eam poteſtatem conceſſit. Sic namque conſtat, aliquando priuatos homines, qui Comites Palatini vocantur, ex conceſſione Imperatoris ſibi facta, donec viuunt, ius nobilitandi, aliaq; ad Imperatoris authoritatem, poteſtatem & regalia

..galia pertinentia, exercendi: idque vſus teſtatum facit, & ex eorum diplomatis apparet. Quo tamen caſu nihilominus omnis collatio & dignitas ſolius concedentis Imperatoris eſſe dicitur: quippe quod ipſe ~~quis~~ feciſſe videatur, id quod per alium facit *c. quod quis de reg. iur. in 6. c. hi qui authoritate. de præbend. in 6.* Sixt. *d. loc. n.* 104. Franc. Pheill. *reſp.* 197. *n.* 3. *&* 4. Non creditur autem eiuſmodi Comitibus Palatinis, niſi conceſſionem ſiue priuilegium exhibeant *arg. l. fideiuſſores. §. pro Aurelio. ff. de fideiuſſ.* nec poteſtatem ſibi ſingulariter per priuilegium conceſſam alij delegare iidem poſſunt Sixtin. *d. loc. n.* 110. Peregrin. *de citatione reali lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 974.

Cæterum cum nobilitare ſit † actus voluntarius, recte is qui poteſtatem nobilitandi habet etiam extra territorium nobilitationis actum exercere poteſt *arg. l. 2. de offic. proconſ. l. 15. in fin. de manumiſſ. l. 7. C. de emancip. liber.* Ioann. Raynaud. *de nobilit. n.* 17. Tiraq. *de Nobilitate cap.* 6. *num.* 26. 11

Præterea Imperator Romanus nobilitat quemcunque, † etiam indignum, idq; ex plenitudine poteſtatis, ex certa ſcientia Bald. *in l. ſacrilegii per illum tex. C. de diu. reſcr.* Dd. *in l. Barbarius ff. de offic. prætor.* quod adeo verum eſt, vt qui de eo diſputat, an dignus ſit quem Princeps elegit, committat crimen Sacrilegij *l. diſ-* 12

putare vbi gl.& Paul.Caſtr.C.de crim.ſacril. notandum eſſe pro hominibus nouis, qui hodie nobiles creantur, die ſich Adelen laſſen/ ait Ioannes Schneiduuinus *in tract. feud. p. 3. numer.* 153. Præſumitur tamen pro Principe concedente: quod veras cauſas nobilitatis cognouerit & definierit, an ſcilicet qui ambiat, tanto honore dignus, nec ne, priuſquam nobilitatem conferat. Secus namque nobilitatis nomen corrumperetur & proſtitueretur:quod equidem cum ignominia Principis, qui iniuſtitiæ inſimularetur, cum indignatione virtuoſorum, dum peſſimos ſibi æquiparari vident, itemque cum detrimento totius Reipublicæ coniunctum eſſet *arg. d. l. ſacrilegii. C. de diu. reſcript. l. 2. in fin. de natalib. reſtit. c. cum redemptor. 12. quæſt. 2.*

Qui ergo nobilitatem ſibi adſcribit, ille eam ab Imperator acceperit neceſſe eſt Bar-
13 tol. *in l. 1. Cod. de dignit. lib. 12.* adeoque † qui ſua authoritate nobilitatem ſibi arrogat & nobilem ſe vocat, incidit in crimen falſi *l. eos. §. qui ſe pro milite geſſit. ff. de falſ.* quem textum ad hunc caſum vſurpator nobilitatis allegat Ioannes Platea *in l. 1. verſ. item illata. Cod. de dignit. lib.* 12. Quod tamen tunc demum obtinet cum quis facit actum quempiam Nobilis.

Nam ſi verbo tantum huiuſmodi dignitatem

tem ſibi adſcripſerit, non ea pœna punitur, ſed alia extraordinaria Tiraquell. *d. tract. cap.* 13. *in fin.*

Cauſam Nobilitatis eſſe virtutem, ſiue virtutis exercitationem, honeſtique actionem ex ſuperioribus ſatis ſuperque cuiuis conſtare poteſt. Adeoque non niſi ob merita quædam ſiue virtutes, (quod etiam in dubio præſumitur) præteritas, præſentes vel veriſimiliter futuras concedi debet *l. prouidendum. Cod. de poſtulat.* Non tamen quæuis virtus ſufficit, ſed neceſſe eſt, vt ſit ciuilis heroica & illuſtrior: directo tendens ad publicum bonum: adeoque Reipublicæ & vitæ communi ſiue politicæ vt maxime vtilis. Abſurdum enim eſſet, eum pro Nobili haberi, qui ſapientiæ ſtudio deditus, & virtute præditus, cætus hominum relinquit, & in otio viuit. Non enim noſtri ſolum cauſa nati ſumus, vt Cicero *in officiis* eleganter diſſerit.

14 Niſi igitur virtuoſi † virtutem ad Rempublicam tempore pacis & belli promouendam referant, non merentur virtute ſua nobilitatem politicam. Simon Simonus *de nobilit. capite ſecundo.* Vnde conſequitur: mechanicis & ſordidis opificibus aut quæſtuoſis mercatoribus, & id genus aliis, no-

D 2 bili-

bilitatem non communicari: quia nimirum meritum eorum directe ad Reipublicæ vtilitatem ſiue bonum publicum non tendit, nec iis tanta virtute, quanta requiritur in bellicis & togatis negotiis ſalutem publicam promouentibus, opus eſt. Alia tamen præmia deneganda illis non ſunt, modo vt proportio inter præmia & merita ſeruetur, quæ dulciſſimam harmoniam gignit. Eleg. VVeſenbec. *in parat. de iuſt. & iure n. 12. & 13.*

Sed neque dum etiam eiuſmodi virtus ciuilis ſufficiens eſt: niſi † per Imperatorem in
15 ordinem Nobilitatis collocetur. Superius enim dictum eſt: Nobilitatem ex duobus principiis, tanquam cauſis, deduci: nimirum non tantum ex virtutis exercitio, ſed etiam authoritate Principis: quæ virtutis meritum, nobilitatis honore dignum publice declarat & cōfirmat. Quod ſi ex hiſce duobus requiſitis vnum deſit, nimirū virtus, vel authoritas Principis, certe nulla aut imperfecta erit nobilitas politica. Vnde deducitur: eam dignitatem ſiue nobilitatem politicam eſſe ex ordine iuris ciuilis: quippe cum nobilitas non noſtra voluntate aut ſtudio, ſed Principis, ratione & in-
16 tuitu virtutis paratur. Neque † exiſtimandum eſt, nobilitandi conſuetudinem, quæ hodie in vſu eſt, nuper adeo cœpiſſe. Exſtat enim cōſtitutio Imp. Zenonis, qui ante mille annos imperium

perium tenuit, in qua expreſſe mentionem fecit nobilitatis, quam ſine adminiſtratione per honorarios codicillos collatam quibuſdā teſtatur *in l. quoties §. viros. C. vbi ſenat. vel clariſſ. ciu. vel crimin. conuen.* Vnde concludi poteſt, eodem plane modo à veteribus Impp. ordini Nobilium, vt nunc vocamus, adſcriptos eſſe plebeios: Sicut nunc diplomatis Cæſarum, priuilegiis iſtius ordinis donātur Conrad. Lagus *in Meth. iur. ciuilis Rubr. de priuata dignitate & vtilitate perſonarum.*

Cauſa itaque formalis conferendæ Nobilitatis conſiſtit in eo, quod Princeps Romanus plebeium à conditione plebeia eximendo nobilitat: quod fit † tum expreſſe, tum etiam 17
tacite Bartol. *in d. l. 1. C. de dignit. lib. 12.* Nam quid intereſt, ſuffragio populus voluntatem ſuā declaret, an rebus ipſis? *vt eſt in l. de quibus. ff. de legib.* Et nihil referre, verbis an re aliquid fiat, notat gloſſa *in l. recuſari. ff. de acquir. hered. Tiraq. de nobil. c. 6. n. 9.* Bocer. *in tract. de Regal. c. 2. num. 8.*

Expreſſe, quando Princeps alicui expreſſis 18
† verbis vel ſcriptis nobilitatem alicui confert: eamque euidenti aliquo actu externo, itemque diplomate, continente conceſſionem nobilitatis factam. Gutierretz *lib. 3. & 4. quæſt. 17. num. 151.* vti & collatione inſignium ſiue armorum. Inſignia enim & arma inuenta ſunt

ad recognoſcendas familias & perſonas *l. ſanctum*. §. 1. *de rer. diuiſ.* Bartol. *in tract. de armis* Pet. Gregor. *lib. 6. de Repub. cap. 16. n. 2.* Vnde quoque tam variæ nobilium imagines & inſignia cũ apertis galeis Wapen mit offenen Helmen/ quotidie conſpiciuntur. Sed ſi Princeps in reſcriptis, vel alio quouis modo aliquem plebeium appellauerit Nobilem, ille per hanc nominationem non ſtatim fit nobilis *arg. textus in Clement. ſi ſummus. de ſentent. excommunicat.* Vbi ſi Papa aliquem ſub titulo cuiuslibet dignitatis, ex certa etiam ſcientia, verbo, conſtitutione vel literis nominet, ſeu quouis alio modo tractet: per hoc in dignitate illa ipſum approbare non intelligitur, aut quicquam ei tribuere noui iuris Tiraq. *de nobilit. c. p. 6. n. 24.* Eiuſmodi autem verba enunciatiua, licet non dent, probare tamen nobilitatem & dignitatem inter alios tradit Faber *in C. lib. 9. tit. 28. definit. 15.* cum facilius ſit, vt nobilitas probetur, quã vt concedatur *arg. l. Rubl. 26. §. vlt. ff. depoſit.*

19 Sic ex lege ſiue ſcripto confertur nobilitas † mulieri plebeiæ, quę viro nobili nubit *text. in l. fœminæ ff. de ſenat. l. cum te & l. vlt. C. de nupt. l. mulieres. C. de dignit. lib. 12. l. vlt. Cod. de incolis lib. 12.* Guido Papæ *conſ. 217. & deciſ. 190. & 379.* Rebuff. *de priuileg. Scholar. priu. 106. n. 47.* & inſuper viri ſui nobilis dignitate & priuilegiis gaudet. *Nou. 105. cap. 2. l. 2. C. de Epiſc & Cler. l. vlt. C. de iniur. l.*

iur.l.medicos l. vlt. Cod.de profeſſ. & med. etiam † 20
mortuo marito, vſque dum in viduitate permanet *l.filii.§.vidua ff. ad municip.l. fœminæ. ff. de ſenatorib.l.cum te.C.de nupt.c.is, qui §.mulier.de ſepult.in 6.* Durante enim viduitate, dicitur viua imago viri mortui, & quaſi in eodem matrimonio cum marito adhuc perſeuerare *l.fin.vbi Bart.& Salicet.C.de bon.mater.l.fin.C.de verb.ſign. l.de emancipatis. ff. de legit. hæred.* Natta *de ſtatutis quæſt.* 4. *num.* 62. Quod autem de coniuge diximus, illud etiam extenditur ad ſponſam Bon. de Curt. *de nobilitat. pagin.* 3. *numero* 188.

Tacite nobilitas † confertur, quando Im- 21
perator vel alter quiſpiam nobilitandi poteſtatem habens, ſine expreſſa nobilitatione, ſiue ſine expreſſa creatione, aliquem nobilem reddit per neceſſariam quandam conſequentiam: quod ipſum pluribus modis contingere poteſt. Sic † namque nobiles fiunt qui ſi- 22
ne tali creatione, tantum in aulæ Imperatoriæ Senatum aſſumpti ſunt *l.* 2. *in pr. Codic. de legib. l. quiſquis in verb. pars corporis noſtri ſunt Codic. ad L. Iul. maieſt. l.* 1. *ibi Bartol. l. ius ſenatorum cum l. ſeq. Cod. eod.* Bon. de Curt. *de nobilit. pag.* 3. *numer.* 142. Pruckman. *conſilio ſecundo, numero* 95. Sixtin. *de regalibus capit. decimo quinto, numero* 22. *lib. ſecundo.* Et ſic conſiliarij munus in curia Parlamenti, vt vocant,

Pariſienſis,exemploSenatorumRom.quibus dignitas clariſſimatus collata cenſebatur *l.fœmina.de Senatorib.* Bart. *in Rubr. vbi Senat.vel clariſſ.* facere aliquem Nobilem,refert Tiraq.*cap.6.num.*21. Itemque Choppin. *de doman. Franciæ lib.*3.*tit.*26.*num.*12,Quod item in curia Delphinali, per ſolam aſſumptionem in eam aliquis nobilis fiat, teſtis eſt Guido Papæ *queſt.*376.*num.*1.*verſ.ſed ipſi Domini.* Et ſi vero huiuſmodi munus ſiue magiſtratus ad filios non
23 tranſeat,etiamſi idonei ſint:tamen † nobilitas in iis cōtinuatur ſiue ad eiuſmodi officia apti ſint, ſiue non : idque commune omnibus eſt, & ita ſe habet etiamſi mater plebeia fuerit *l.filiam & l.ſeq. de ſenatorib. l. exempl. C. de decur. lib.* 10. *l. vlt. C. de incol.lib.eod. l.mulieres. C. de dignit.*
24 *lib.*12.Sixtin.*d. loc.in* 22. Eadem † ratione tacite confertur nobilitas, ſi quem Princeps lateri ſuo adhærere ſinat: & generaliter, domeſticis Imperatoris quibuſcunque *l.1. C. de præpoſ. lab.li.*12.*l.*1.*C.de domeſt.& protect.lib.*12.*l.vlt.C.de excuſat.tut.* cum indignum videatur Imperatori,ſeruitiis ignobilium vti *l.omnium.vbi Iaſon. C.de teſtam.*Tiraq.*c.*37.

25 Illud minime dubium: quod ſi quis à Principe exercitui præficiatur, **wann einer wegen ſeiner Rittermäſſigkeit zum Befelchhaber oder Oberſten beſtellet wirdt**/eum ſatis nobilitari tacite videri *per allegata à* Tiraquell. *cap.*8.*n.*15.

Alias

Alias virtus † armata ſiue bellica, per ſe non 26
facit nobilem, qui alias eſt ignobilis: niſi forte egregium fortitudinis ſpecimen ediderit miles, propter quod à Principe in nobilem creatur. Iſt wegen ſeiner Tugendt zum Ritter geſchlagen. Et ſolam militiam per ſe & ſimpliciter non conferre nobilitatem, patet ex eo: quod libertini & ſerui ad militiam aſpirare poſſint *l. duobus. de teſtim. milit. l. operis ff. de oper. libert.* at ſerui & libertini ad dignitatem aſpirare prohibentur *l. vnic. C. ad l. viſcell. vbi gl.* Deinde conſtat, infames à dignitatibus repelli *l. infamis C. de decur. lib.* 10. Infamis autem, miles eſſe poteſt, Damnatus enim de crimine publico, fit infamis *l. infamem de pub iudic.* non tamen deſinit eſſe miles *l. ſi quis §. irritum ff de iniuſt. rupt. irrit.* Quin & hoc verum eſt: quod militia & dignitas in multis iuris locis vt ſeparata ponantur *l. ſi quis C. de offic. Rect. prou. l. pen. C. de pact. l. vlt. C. de pagan. l. vlt. C. de iurid.* Tiraq. *de Nobilit. cap.* 8. *n.* 5. *& ſeqq.* Eſſe tamen nonnullos locos, in quibus ſimplex militia eorum moribus nobilitat, ita vt cum primùm quis ad militiam aſſumitur, is ſimul nobilis efficiatur refert Tiraquellus *d. loc. n.* 18. Quod Peruſii obſeruari, tradit Bartolus *in L.* 1. *C. de dignit. lib.* 12. ſubditque in ciuitate Florentiæ aliter obſeruari, nempe militem manere ignobilem, vt prius erat. Sicuti igitur ea erit conſuetudo, vt

militia nobilitet, ea ſeruanda eſt Tiraq. *d. loc. n.*18. *in fin.*

27 Sed ex eo quod Princeps alicui arma † & inſignia conceſſerit, videtur & illi nobilitatẽ conferre. Nam nulla alia ratione videri poteſt Princeps conferre nobilitatem, concedendo inſignia, niſi quia inſignia ſunt Nobilium tantum: & propterea ea concedendo, videtur & eam qualitatem concedere, quæ ad ea deferenda requiritur *arg. l. quidam conſulebat, & ibi not. de re iudic.* Tiraq. *de nobilit. cap.* 6. *n.* 12. *& ſeqq.* vbi infert è contrario; per amiſſionem inſigniorum, amitti nobilitatem.

28 Per conceſſionẽ feudorum † nobilium, poſſeſſores quoque nobilitari quidam volunt, de quo apud Carolum Tapiam *in Rubr. de conſtit. princip. c.* 4. *n.* 120 *in fin.* vbi id in poſſeſſore feudi regalis, vel alterius habentis vaſallos, & iuriſdictionem annexã, nullã recipere dubitationẽ, ait, licet in aliis plures opiniones conſti-

29 tuantur, apud Tiraq *cap.* 7. *n.* 1. *& ſeqq.* Et † ſane ſi quis dicat, feuda per ſe & ſimpliciter nobilitare; hoc nobis vero à vero eſt alienum. Nobilitas enim non rebus, ſed perſonis cohæret. Et non à rebus, ſed à concedentis arbitrio dependet, hoc eſt, vt feudum ita detur, quod dans accipientem velit eſſe nobilem: in cuius voluntatis ſignum res in feudum confertur. Cum autem voluntas ſine poteſtate nihil

hil poteſt operari; hinc præterea † requiritur, quod concedens ſit talis perſona, quæ ius nobilitandi habeat, qualis eſt Imperator. Vocanturque nobilia feuda Adeliche Lehen/ non quod vaſallus conſequatur ratione feudi nobilitatem, ſed quod qui iam vere ſunt nobiles, vt nobiles de iis inueſtiantur *per notata à me lib.2.de iuriſd p.1.cap.7. memb.2.n.64.& ſeqq.* Ex dictamine tamen iuris, preſertim feudalis, ſi Imperator feudum nobile alicui conceſſerit, in dubio quoque voluntatem conferendæ nobilitatis habuiſſe, & vere quoque inueſtitum nobilem feciſſe interpretamur *arg.c.1. Quis dic.* Dux. Gail. *in tract.de Arreſt.cap.6.num.9. Maſcard de probat.concl.*1094.*n.*5.*vol.*2. Roſenthal. *de feud.cap.2. quæſt.2.in fin.& cap.9.quæſt.* 55.*num.*4.& 5. Vult. *lib.1.feud.cap* 8. *num.* 10. *verſ.Eſt autem.* Et tunc recte † dicit Weſenbecius, non indiſtincte feudum nobilitare, aut nobilium iura poſſeſſori tribui, ſed tum demum, cum feudum eſt nobile, & conceditur ab eo qui nobilitandi poteſtatem habet, qui voluntatem quoque conferendi nobilitatem in dubio habuiſſe, adeoq; etiam vere contuliſſe cenſetur Weſenb.*conſil.*135.*n.*70. Idem poſt longam diſputationem concludit quoq; Tiraq.*de nobilit.cap.7.num.14.& ſeq.* vbi dicit: Ego ſum in ea ſententia, cum aliis ſupra citatis, vt Imperator vel Rex in ſuo Regno, 31

vel

el etiam alius, qui ius habet conferendæ nobilitatis, ſi conceſſerit feuda regalia aut etiam alia nobilia, ignobili cuipiam quem ſcit eſſe ignobilem, illi eo ipſo nobilitatem concedere videtur *arg. l. quidam conſulebant ff. de re iudic.* Quod ſi alius, cui id ius non eſt, ea feuda conceſſerit, non videt, quomodo is cui conceſſa ſint, ex eo nobilitetur, niſi ſit Princeps, qui id ius habet, confirmauerit. Alioqui nullus erit ruſticus, ſiue ignobilis locuples, qui non à quocunque habente feudum nobile, nobilitatem ſibi acquirat, id feudum emendo multo pluris, quam valeat, ſi iuſto pretio habere non poſſit. Nec tamen nobilitas pecuniis cõparari poteſt. Nam generoſitas & virtus, hæc ſola pecuniis comparari non poſſunt, vt dixit Euripides *apud Stobæum ſerm.* 85. Hucvſque Tiraquellus *alleg. n.* 14. Sic Henricus à Roſenthal *de feudis p.1. cap.2. concl.2. n.9.* ſcribit: Illud, inquit, etiam monere volui, quamuis ius feudorum diſponat, quod is, qui à Principe de Ducatu inueſtitus eſt, Dux dicatur: qui vero de Marchia, Marchio: qui de Comitatu, Comes, *text. eſt expreſſus in c.1. & ibi omnes interpretes. Quis dic. Dux &c.* tamen in Imperio me, vt plurimum, vidiſſe & ab aliis audiuiſſe, quod non gerant ſe pro talibus, nec ſalutentur tales, ſed appellentur, ſolum poſſeſſores, Einhaber der Graffſchafft/oder Herꝛſchafft/ niſi ab Imperatore

tore Comites aut Barones creentur, vel vt tales inueſtiantur. *Hæc* Roſenthal. Mihi quoque relatum eſt, contigiſſe ante paucos annos, cũ Baro & Dominus à P. impetraſſet ab Imperatore vacantem Landgrauiatũm S. & exinde ſe Landgrauium nominaſſet, quod idcirco illi à Cæſarea Maieſtate ſeuere ſit inhibitum, ne deinceps eo titulo vtatur. Et huc etiam ſpectat, quod in feudorum poſſeſſoribus inter vere nobiles, & ciues diſtinguit Rotſchiz *in pract. fol.* 139. *verſ.* Jſt es aber ein Burger. Cum itaque † per conceſſionem feudi, inueſtitus 32
nobilitari dicitur, id non acceptum ferri debet rei in feudum conceſſæ, ſed Imperatoris præſumptæ voluntati, ex qua plebeium vel ignobilem pro nobili ſuſcipit: Quamuis ergo occaſione rei in feudum conceſſæ nobilitas acquiratur, non tamẽ res illa feudalis, ſed potius concedentis voluntas tacita, ſiue expreſſa rem illam omnino perficit: adeoque adhuc verum manet, Nobilitatis dignitatem duntaxat à perſona, nimirum Imperatore, non etiam à re quaquam promanare.

Sic in Regalibus feudis, † aliquando ſuc- 33
ceſſione aliquis adipiſcitur Ducatũ, nõ noua inueſtitura: quo ipſo ille Ducis titulũ conſequitur: vti de Würtembergico Duce Friderico refertur, eum ſolo ſucceſſionis iure in Ducatum Würtemburgenſem & Teccenſem,

ſine

ſine ſpeciali Imperatoris creatione Ducem effectum eſſe Bocer. *in tract. de qualit. & differ.*
34 *feud cap.*3.*n.*9. vnde tamen † non dici poteſt, Ducatum ſimpliciter & per ſe conſtituere poſſeſſorem Ducem: ſed potius poſſeſſor titulo ſucceſſionis ideo Dux fit, quod Imperator id ita primitus voluerit, vt nimirum primus acquirens non ſolum dignitatem eam conſequatur, ſed cum futuro ſucceſſore quoque cõmunicet *c.*1.*§.ſi capitaneus.de feud.March.* Cæterum voluntas concedentis apparet ex inueſtitura, eiuſque tenore: qui ſi manifeſtus eſt; res eſt expedita. Sin vero de voluntate cõcedentis non conſtet, tunc præſumendum potius, feudum datum eſſe nobile, ſi modo concedens nobilitandi poteſtatem habuerit Vult.*d.loc.n* 10.

35 Quando itaque † de mente ſiue voluntate concedentis non conſtat; quod nimirũ inueſtitum voluerit eſſe nobilem; certe quoque is pro nobili ſimpliciter & abſolute haberi non poterit: neq; fruetur priuilegiis nobiliũ, quib' gaudent illi qui à natalibus aut ex Principis priuilegio nobilitatẽ ſuam cõſecuti: quamuis priuilegia, quæ ad feudi ius pertinent, illis denegari non poſſint, Anton. Faber *lib.*9.*Cod. tit.*28. *defin.*12. Si ergo nobiles dicendi erunt, non tamen dicentur nobiles abſolute ac ſimpliciter, ſed ſecũdum quid: cuiuſmodi ad immuni-

ynitatem non prodeſt; ſed illa dũtaxat, quæ ſolute nobilitas eſt. Et hoc eſt, ꝙ propter bilitatem quandoque tribui immunitatem ſcribit Tiraq. *de nobilit. cap. 20. n. 165. & ſeqq.* De-
inde † cõceſſum alicui ius & priuilegiũ nobi- 36
litatis ad certos duntaxat vſus, puta, vt feuda nobilia poſſidere poſſit, aut ad dignitates peruenire, quarum aditus, non niſi nobilibus pateat, illud priuilegium fines territorii non
egreditur: quod ſecus † eſt in nobilitate ſim- 37
pliciter & abſolute conceſſa, quæ iuris communis auxilio nititur, nec aliis vllis quam honeſtis legibus finibuſque concluditur Faber. *d. defin. 12.* Adeoque qui vere & ſimpliciter nobilis eſt, ſiue ab origine natalium, ſiue ex priuilegio & conceſſione eius qui nobilitatem dare potuit, ille vbique nobilis eſt, cum ea res ad hominis qualitatem & conditionem pertineat, quæ non minus indiuidua eſt, quam ipſa hominis perſona *argum. l. ex ea cauſa. vbi Bartol. ff. de poſtul. l. vlt. C. de ſent. paſſ.*

Quamuis † ſi ſummo iure agatur, poſſet 38
dici non inſubtiliter, eum qui nobilitatẽ habeat ſolũ ex principis ſui priuilegio, quantũuis ſimplicem & abſolutam, non tamen poſſe dici nobilem extra territorium concedentis *per text. in l. fin. de iuriſdict.* ſed mutuo populorum conſenſu & quadam veluti tole-

rantia

rantia receptum eſſe, vt qui in vna prouinc
nobilis eſt, pro tali etiam habeatur in al
Quoniam ſi Germani Nobiles, tales apud
lonos, Danos, Hiſpanos, Suecos, & alibi non
eſſent, eueniret vt nec Germani apud ſuos nobiles
dici paterentur Danos; Suecos & alios,
idque iure retorſionis, quo nihil æquius eſſe
poteſt *tot. tit. Quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, vt ipſe eodem iure vtatur, & ibi VVeſenb. in paratit. & alii interpp.*

39 Nihil autem prohibet, quo minus Princeps etiam extra † ſuum territorium poſſit ſubditum ſuum creare Nobilem: quippe cum nobilitas ſit actus voluntarius ſiue voluntariæ iuriſdictionis, cuiuſmodi vbiuis & extra territorium quoque exerceri poteſt *arg. l. 2. de offic. proconſ. l. 15. in fin. de manumiſſ. vind. l. 7. C. de emancip. liber.* Tiraq. *cap. 6. n. 26.* Ioan. Rayn. *de nobil. 3. quæſt. 3. quæſt. princ.* Quamuis autem no-
40 bilitas etiam † inuito à Principe conferri poſſit, vt poſt longam diſputationem concludit Tiraquellus *cap. 6. n. 42.* ideo quod hoc ſolum conſiſtat in acceptatione eius, qui nobilitat. Confertur tamen duntaxat commutabiliter: poteſt enim ille qui nobilitatus eſt, nobilitatem illam non retinere, ſed renunciare in manus concedentis *gl. in l. ſeruus vitante. ff. de verb. oblig.* Tiraq. *d. loc. n. 41.*

41 Denique † differt nobilitas ſimpliciter & abſo-

abſolute conceſſa, à nobilitate ſecundũ quid, V. G. quoad feuda. Quod illa ſit perpetua: hæc vero amiſſo feudo ſimul exſpirat & amittitur. Nobilis itaque ob feudum nobile deſinit eſſe nobilis, ſi feudum habere deſinat Tiraq. *de nobil cap.* 7. *n.* 18. *in fin.*

Qui Patritiatus † dignitatẽ ornati ſunt, licet illi in vrbibus & ciuitatibus habitent, & propterea ciues potius quam nobiles dicendi ſint: ob ciuitatis ſplendorem tamen, & ex eadem originem ſumptam, & ipſi cenſentur nobiles *c. nos qui. diſt.* 40. *l. non tantum* §. 1. *de excuſat. tut. l. ſeruos C. ad L. Iul. de vi publ. l. in orbe ff. de ſtat. hom.* non alitertamen, quam ex conſuetudine vel ſtatuto illius gentis; adeoque duntaxat in illo loco cenſentur nobiles; extra non item *d. l. fin. de iuriſd.* Quia nihil vetat, eſſe quem nobilem in vno loco, & ignobilem in alio, ſecundum diuerſitatem conſuetudinum & ſtatutorum Tiraq. *cap.* 10. *in pr. n.* 1. *& ſeqq.* vbi late radit, an & quomodo conſuetudo & ſtatuum nobilitent. At qui legibus & authoritate uprema nobiles ſunt, vbique locorum pro nobilibus habentur Tiraquel. *d. cap.* 10. *&* 37. *num.* 155. 42

Habitum † à plebe pro Nobili, cenſendum eſſe nobilem, quidam aſſerunt, moti text. *in l. cum de lanionis* §. *aſinam ff. de fundo inſtr. vel inſtrum. leg.* Sed ibidem non probatur id, nec fit 43

mentio nobilitatis. Nihil autem, aiente Cicerone *de legib.* ſtultius eſt, quam opinione vulgi aliquem beatum eſſe ſentire. Cum tamen hac in parte variæ ac diuerſæ gentium ſint conſuetudines, eæ obſeruandæ erunt *l. de quibus ff. de legib. c. cum Diui Ext. de conſuet.*

44 An præſcriptione † acquiri poſſit Nobilitas, quæritur. Quod quidem ſimpliciter adfirmari nequit, niſi quis immemoriali tempore in poſſeſſione nobilitatis fuerit, per not. Tiraq. *cap.* 14. *n.* 1. *&* *n.* 5. *in fin.*

Huc vſque qui conferunt nobilitatem, & quomodo. Nunc videndũ, qui nobilitari poſ-
45 ſint. Poſſunt autẽ oẽs † nobilitari, quibus portæ dignitatum non ſunt præcluſæ, ſed adhuc patent, tam fœminæ quã maſculi (quamuis in fœminis magis ridicula quam neceſſaria eſſe videtur *arg. l.* 4. *de iure aur. ann.*) tam infantes, impuberes & minores, quam puberes & adulti, tam in vtero adhuc exiſtentes, quam nati per alleg. à Tiraq. *cap.* 6. *n.* 27. *& ſeqq.* Nobilitas enim eſt ex earum rerum numero potiſſimũ, quæ in arbitrio & ſola voluntate conferentis, non acceptantis conſiſtunt, vti modo dictũ.
46 Vnde & † in inuitum recte quoque confertur nobilitas *cont. l. inuito. de reg. iur.* Multa enim præſtantur bona etiam inuitis, maxime à Principe, quando eorum voluntati conſulitur *c. & qui emendat. diſt.* 45. *c. ipſa* 23. *quæſt.* 4. *vbi gl.* Ita tamen

men prædictis confertur nobilitas, vt eam vel retinere, vel ſi malint repudiare poſſint, h. e. accipiunt nobilitatem commutabiliter *arg. l. cum pater 77. §. ſurdo. de legat. 2. l. ſeruus 62. de verbor. oblig.* Inuito itaque propter cauſam nobilitatem tanquam ſummum beneficium etiam conferri poſſe placuit; quamuis non poſſit cogi inuitus vt eam retineat Tiraquel *c. 6. nu. 36. & ſeqq. & n. 42.* Faber. *d. tit. 28. defin. 26. n. 4.*

Ex prædictis conſtat, quomodo fiant Nobiles: ſequitur iam, quomodo naſcantur Nobiles. Antequam autem de eo ſcribere incipiam, illud duntaxat hoc loco addo: conferri alicui nobilitatem politicam. ſiue fieri aliquẽ nobilem & conſequi iura nobilitatis, cui Doctoratus † in iuriſprudentia honores Impera- 47
tor ipſe, vel per alium cui eam poteſtatem cõceſſit collati ſunt. Quod vel ex eo intelligitur, quod iiſdem cum cæteris Nobilibus fruantur priuilegiis Policeyordnung *de anno* 1577. ſed de hac collatione nobilitatis tractabitur *ſequenti libro ſecundo.* Sciendum itaque, naſci † Nobiles, qui ex patre nobili velut ex tradu- 48
ce legitime acquiſitæ nobilitatis deſcendunt *l 1. C. de dignit. lib. 12.* vbi Barr. Effectus enim legitime acquiſitæ nobilitatis eſt, quod ea perpetuo in poſteros continuetur. Et hæc Nobilitas dicitur generis & Natiuitatis, cui vt plurimum tribuere ſolent Germani:

adeo vt is inprimis nobilis cenſeatur & dicatur, qui ex nobilibus parentibus naſcitur: magis tamen, ſi claris natalibus literarum ſtudia coniungantur Pet. Heg. *p.1. quæſt. 2. n.62.* eaque videtur quodammodo eſſe medullis & oſſibus infixa fac. *l. quod ſi nolit §. qui mancipium ff. de ædilit. edict.* vnde per propagationem deriuari parentum virtutes in ſobolem, & propter virtutes etiam vna nobilitatem, receptum eſt Ariſtot. *lib.3. Politic. cap.8.* Simon Simonius *de nobilit. cap.8.* Quod tamen quoad ſobolis animum probabile duntaxat, non vero neceſſarium vel perpetuum eſt. Non enim ſola natura bonos homines efficit. Habilem natura facit, non dat habitum: inclinat non cogit: cui niſi doctrina & præcepta magiſtræ morum præſto ſint, quid mirum ſi plerumque præceps ad malum agatur? Ariſtot. *lib. 7. Politic. cap.15.* Simon. *d cap. 8. pag. mihi* 43. vtut autem ſit; nemini ignotum hodie eſſe poteſt, parentum nobilitatem in liberos continuari: Sicut & alias liberi conditionem patris, quoad honorem ſequuntur *l. cum legitime ff. de ſtat. hom. l. 1. ff. ad municip l. eos l. nullus l. exemplo C. de decurionib. lib. 10. c. 2. de conuerſat. infidel.* Bon. de Curti-
49 li *de nobilit. p.4. n.23. & ſeqq.* Nec † ſolum in liberos tam filias quam filios in primo gradu, verum etiam vltra pronepotes nobilitas generis à parentibus vſque in infinitum transfertur

*tur l.7.§.2.l.vlt.de Senat. l.1.C.de priuileg.eor.qui in ſacr.Palat.*Tiraq *de nobilit.cap.*15. Et quo nobilitas † eſt antiquior, eo cenſetur nobilior, 50 illuſtrior, perfectior, honoratior & maior *l.2. §.quæ omnia C.de vet.iure enucl. l.* 1. *C.de iure aur. annul.*Tiraq.*de nobilit.cap.*19. Hinc dicitur nobilitas incipere in ipſo nobilitato: creſcere in filiis: perfici in nepotibus. Item: Nobilitatem in ictu oculi non naſci Bald. *in præłud. feud.* §. *alia elect.*5.*n.*55.

Vt autem quis naſcatur nobilis, vterque parens debet eſſe nobilis; vel ſaltem vt pater talis ſit. Nam † à ſolo patre deducitur nobilitas. Hoc eſt quod Aluarottus dixit; liberos accipere formam à patre; à matre vero naturam 51 *in c.1.§.cæteri vero n 7. Quis dic. Dux & c. vlt.32. quæſt.*2. Nam forma ex iure ciuili eſt: & nobilitas non ex natura dependet, ſed ex iure ciuili, vti ſuperius probatum eſt.

Vnde eſt, quod in ineunda ratione nobilitatis, nulla habeatur ratio matris, ſed patris duntaxat, Cæſar de Graſſ. *deciſ.*172.*n.*9. [& liberi naſcantur † nobiles ob patrē nobilem, et- 52 iamſi mater ſit ignobilis Alciat.*in l.pronunciatio 5.familiæ n.6.de verb ſign.*Tiraq.*cap.*18.*n.*20.*& ſeq.*Quo ſpectat, ꝙ à Liuio *lib.*4.*dec.*1.memoriæ eſt proditū, de lege anno Vrbis conditæ 310. à Canuleio Tribuno plebis rogata. Refert enim hac lege cautū fuiſſe, vt inter plebeios & patri-

cios matrimonia legitima eſſe poſſent, ita tamen, vt liberi ſolius patris conditionē ſequerētur,& per eum, ſi plebeius eſſet, plebeis adſcriberentur, aut patriciis tanquam nobilib. ſi pater eſſet patricius, id ꝙ poſtea ita in genere in ius ciuile eſt relatum *l.cum legit.ff de ſtat hom. l.liberos.ff.de ſenat.*

Quin & quotidiana experientia hoc cōfirmat;qua videmus, natos ex patre ignobili,&
53 matre † nobili,ignobiles eſſe;vt ita ad nobilitatē conferendam nulla habeatur ratio fœmi-
54 næ,ſed tantum viri. Ideoq; † à contrario ſenſu,ſi mater ignobilis ſit,pater vero nobilis, nō obſtabit liberis ex eo matrimonio procreatis ignobilitas matris, quæ argumentatio in iure ſubſiſtit *l.1.§.huius rei ff.de offic.eius cui l.qui teſtamento §. mulier ff.de teſtam.c. eum virum. de regularib.*Eberhard.*in loco à contrario ſenſu n.*1. Nec impedit, quod mater nobilis, & nihilominus liberi duntaxat ſint ignobiles,ſi pater ſit ignobilis.Ita enim iure eſt cautum,quod mulier ſiue fœmina nubens viro alicui, ſit eius conditionis & ſtatus poſt contractum matrimoniū, in quo maritus conſtitutus eſt. Quod ſi igitur
55 † maritus nobilis eſt, vxor vero ignobilis, eo ipſo quod nobili nubit, nobilis efficitur *l. vlt. C.de incol.lib.*1 0.*l.mulieres C.de dignit. lib.*12. *l. cum te,& l.vlt.C.de nupt.l.fœminæ ff.de ſenat.in pr. &* §.1. Quibus accedit generalis conſuetudo,

qua

qua non ſolum fœminæ ignobiles maritorum ſuorum nobilium dignitate & ſplendore decorantur, priuilegiiſque eorum gaudent, ſed & liberi huiuſmodi matrimonio prognati, vere nobiles ſunt, iiſque priuilegiis omnibus, quibus alii veri nobiles, fruantur Vult. *conſil.* 17.*n.*57.*vol.*3.

Si vero † vxor nobilis, nubit ignobili: per 56
hunc matrimonialem actum ſuę dignitati aliquid detrahit, & ignobilis redditur *arg. l. fœmina ff. de ſenatorib.* Nec obſtat huic textus *in l. nupt. d. tit.* vbi nupta prius conſulari, ſi deinde viro minoris dignitatis nubat, nihilominus in conſulari dignitate manet. Ibi enim vxor hoc priuilegium retinendi conſularem dignitatem, licet inferioris conditionis viro nupſerit, impetrauit: quod alias perraro concedi ſolet. Si vero mulier eo priuilegio donata non eſt, manet in eo ſtatu, in quo maritus poſitus eſt *d. l. fœmina.* Quin † & adeo verum eſt, mu- 57
lierem ignobilem, nubentem viro nobili, fieri nobilem: vt etiam amiſſo viro, & in ipſo viduo ſtatu fœmina ignobilis, quæ nobili viro nupta fuit, pro nobili habeatur, & iiſdem priuilegiis gaudeat, quæ marito propter nobilitatem competebant *d. l. fœmina* §. 1. *& l. filii* §. 1. *ff. ad municip. & d. l. mulieres & l. vlt. C. de incol. lib.* 10. Quod etiam obſeruari videmus in viduis artificum, & id genus aliud mercenario-

rum: vt vidua poſſit artificium mariti defuncti per idoneos miniſteriales exercere; etiam in illis artificiis, in quibus nullus niſi probatus & iuratus admittitur Coſtal. *in l.8. de ſena-*
58 *torib.* At † ſi poſt nobilis mariti mortem, fœmina quæ prius fuerat plebeia, iterum nubat plebeio, non dubitandum eſt, quin cadat priuilegio quæſitæ nobilitatis, nouique mariti conditionem ſequatur *l. filii 22.* §.1. *ad municip.* Tiraq. *de nobilit cap.* 18. *n.* 15. *&* 16. vti & illa mulier, quæ nataliũ nobilitatẽ præ ſe fert, nobilitatẽ amittit, ſi viro ignobili nubat, vti modo dictum. Sed tamẽ facilius amittitur nobilitas acquiſita mulieri ex perſona viri, q̃ quæ fuit ei acquiſita ex genere Tiraq. *cap.* 18. *n.* 12. vbi *n.* 13. ſubiicit; mulierem, ſi honeſte non viuat in viduitate, amittere nobilitatem, q̃ habuit à marito; cum tamen non amittat nobilitatẽ generis. Vnde patet: duobus hiſce caſibus, mulierem viduam amittere nobilitatem & immunitatem quam accepit à viro, ſi nimirum nobilis nubat ignobili: & ſi minus honeſte viuat. *per modo alleg. Dd.*

59 Quod ſi de poſterioris † mariti ſiue viui ſiue mortui conditione dubitetur, interea priuilegiũ priſtinæ immunitatis, q̃ ob prioris mariti pſonam habuit, mulier nõ retinebit: quia certũ eſt, poſt contractas ſecundas nuptias nullã amplius rationem præcedentium haberi. Igitur

tur

tur pendente lite, pro tali habenda erit mulier qualis nata eſt: Si nobilis, pro nobili: Si plebeia, pro plebeia. Nam nec facile credenda mulier eſt, ſiue nobilis, ſiue plebeia fuit, diuerſæ conditionis virum elegiſſe: cum nobilis, quæ ignobilem virum elegit, faciat iacturam nobilitatis, & perdat ſplendorem generis Tiraq. *cap.* 18. *num.* 18. Et ita in ſenatu Sabaudiæ iudicatum refert Antonius Faber *lib.9.C. titu.2*., *defin.* 27.

Non dubitandum † itaque eſt, quod mulier, quandiu vidua manet, gaudeat priuilegiis viri. Idque ideo, quod quandiu vidua manet, nec ad alias tranſit nuptias, in eodem matrimonio perſtare, & intuitu mulieris etiamnum maritus reuera mortuus, viuere adhuc exiſtimetur *l. vlt. ibi Dd. Cod. de bon. matern. & in l. de emancipatis, ibi, priorem thorum ſeruauerit. Cod. de legit. hæred.* & conſequenter ſicut priſtinam mariti dignitatem, ita & nobilitatem ex ea immunitate, & immunitatem ex nobilitate retineat Tiraquel. *de nobilitat. cap.* 18. *per totum.* 60

Id autem ad † ea priuilegia duntaxat pertinet, quæ ratione dignitatis competunt, non etiam ad ea, quæ ratione officii Faber *libr.* 9. *Cod. titu.* 28. *defin.* 9. *numero* 11. *& defin.* 23. *per totum.* Multum enim refert, an quid competat ratione dignitatis, an officii, cum dignitas aliis 61

E 5 facilius

facilius communicari poſſit, quam officium *l. filium. de ſenatorib.*

Et mulieres fulgent quidem maritorum ſuorum dignitate: at eorum officio non funguntur *l. vltim. Codic. de incolis. lib.* 10. *l. mulieres* 13. *Codic. de dignitat. lib.* 12. Bartol. *in l. vnic. Codic. de mulieribus & in quo loco l. fœmina* 8. *l. vlt. de ſenatoribus.* Priuilegium itaque quod ratione officij marito viuo competiit, illud neque in viduam, neque in liberos tranſit: adeoque fieri non poteſt, vt finito officio duret. Priuilegium enim competens ob aliquam qualitatem, finita illa qualitate finitur *l. ſi duas* 6. *alias l. Athleta* §. *gentium. ff. de excuſat. tut.* Faber. *d. definit.* 9. *numero* 10.

Senatoris dignitas acquiritur etiam liberis *l. filiam* 9. *de ſenator.* at munus & officium ipſum ſenatorium ad viduas & liberos non tranſit: quia cenſetur electa induſtria perſonæ *vulg. l. inter artifices* 31. *de ſolut.* Alias generale eſt: vt vidua debeat gaudere priuilegiis mariti, etiam in exorbitantibus, id eſt, in iis, quæ conceſſa ſunt contra ius commune *l. vltim. in princ. & ibi* Bartol. *c. de priuileg. Scholaſt. libro* 12. Tiraquellus *d. cap.* 18. *numero* 8.

16 De eo autem eleganter dubitatur: Si mulier

...., ſiue nobilis ſiue ignobilis, quæ maritum nobilem per plures annos abſentem habuit, ante acceptum de ipſius morte certum nuncium, alteri nupſerit ignobili, tanquam vidua: An hoc ipſo amittat nobilitatem, quam ſiue à genere, ſiue à prioris mariti dignitate ac nobilitate contraxerat? Et amittere definit Faber. *d. tit.* 28. *defin.* 28. eo quod abſurdum ſit, mulierē, quæ ignobili viro nubere voluit, melioris ob hoc ipſum eſſe conditionis, quod non matrimonium, ſed adulterium ſiue ſciens, ſiue ignorans contraxerit *arg. l. Seruius* 4. *Quod vi aut clam. l. Papinianus.* 20. *de minoribus.*

Quid enim aliud agebat, niſi vt quoquo modo noui mariti familiam & conditionem ſequeretur *l. cum quædam puella vbi not.* Dd. *de iuriſd.* Habeat ergo quod voluit, nec de legum aut magiſtratuum iniuria, ſed de ſua ſiue facilitate, ſiue incontinentia conqueratur Faber *d. loc. in fin.*

Cæterum quamuis mulier nobilis, nubens viro ignobili, non prodeſt ſuis liberis quoad nobilitatem, adeoque filius natus ex patre ignobili, & matre nobili, non eſt nobilis, *vti ſuperius demonſtratum eſt.* nec gentilitia inſignia matris gerere poteſt Bartolus *in tractat. de inſign. & armis, per text. in leg. ius familiarum octau. Codic. de religio.*

quippe

quippe quod deſcendentes ex fœminis .. n. ſint de familia eius, ſed patris familiam ſe-
63 quantur *l. familia de verborum ſignificat.* In † nõnullis tamen Galliæ locis receptum eſſe, vt venter nobilitet partum, hoc eſt, vt filius ſequatur nobilitatem matris, teſtatur Petrus Gregorius *libr. 7. de Republ. cap. 11. numero* 90. vbi addit: ſe adhuc hodie videre, quod Principes, Magnates, nobiles, & Reges in ſuis inſigniis miſceant inſignia familiæ matrum, perinde ac patrum, & exinde oriri tantas mixtiones inſignium, quibus ad pompam vtuntur, ad teſtandam nobilitatem tam ex parte matris quam patris. Concordant ea quæ notat Ioannes Bodinus *libr. 1. de Republ. cap. 3. ſub numer.* 19. Dixi etiam de eo *libr. 2. de iuriſdict par. 1. c. 7. memb. 2. nu. 54. & ſeqq.*

Quid cauſæ ſit, quod liberi materna digni-
64 tate † non nobilitentur *l. liberos, de ſenatorib.* cum qui matre libera natus eſt, liber ſit, qui ſerua, ſeruus *l. partum. Cod. de rei vendicat.* inquirit Stephanus Forcatulus *dialogo* 15. & exiſtimat, quoad nobilitatem dignitatis conſiderandum patrem: quia mater dignitatem non habet, ſed mariti radiis coruſcat, *§. hac itaque in authentic. de conſulib.* non itaque confert, quod non obtinet *l. traditio. ff. de acquiren. rerum dom.* Proinde inſpici oportere, pater qualis fuerit, conſularis, Prætorius, non mater, an conſularis

ris vel Prætorii filia, *d.l.liberos, & l.cum legitima, ff. de ſtatu homin.* Quod autem attinet ad nobilitatem ſanguinis & generis, matrem æque attendendam: quia & certior patre eſt, *l. quia ſemper, ff de in ius vocand.* Nemo enim ſuum patrem certo cognouit, vt ait Telemachus *Odyſſ.* 1. *apud Homerum.* Denique veluti ſemina mandata terræ, bonitatem ſoli repræſentant, ita & liberos ventris, *l. partum. Cod. de rei vendicat. cum ſimilib.* Hæc Forcatulus. Sed vt † ad antecedēs 65
breuiter reſpondeatur, non licet ita argumentari; Naſcitur quis liber ex matre libera & patre ſeruo: Ergo etiam naſcitur quis nobilis ex matre nobili, patre vero ignobili. Diſtinguendum enim eſt inter ſtatum qui eſt iuris gentium, iterumque inter dignitatem & nobilitatem quæ eſt iuris ciuilis. Quoad ſtatum, naſcitur quis liber ex matre libera, patre vero ſeruo. Nam cum mater ſemper certa ſit, *d. l. quia ſemper* & in generatione plus operetur quam pater, traditum eſt, partum conditionem matris ſequi debere, *d. l. cum legitima, de ſtatu homin.* At quoad originem, honorem & dignitatem filii, non matris ſed patris conditio attenditur: & ex eo ſolo patre deducitur nobilitas *arg. l. mulieres* 13. *Cod. de dignitat. lib.* 12. Et in legitima prole ſibi vendicat locum. Spurii enim & cæteri illegitimi ventrem ſiue matrem ſequuntur *dict. l. cum legitima & l. natura* 24. *de ſtat. hom.*

Quo-

Quoad cætera autem, attendenda eſt omnino conſuetudo loci; vt nimirum nobiles cenſeantur, qui ex conſuetudine ratione matris vel patris pro nobilibus habentur Bartol. *in l. 1. Codic. de dignit. lib.* 12. & alii allegati à Sixtin. *vol.* 2. *Reſp. Marpurgen. conſilio nono, numero* 54. & † valere conſuetudinem, vt nobilitas etiam ex genere materno attendatur, tenent relati à Tiraquello *capit. decimo octauo, numer.* 23. *& ſeqq.* & Rochus de Curte *in repetit. c. fin. verſ.* 7. *infertur ext. de conſuet. per text. in l.* 1. §. 2. *ff. ad municip.*

Neque dubium eſt, clariorem & illuſtriorem eſſe liberorum nobilitatem, ſi ex parte matris quoque præclara nobilitas accedat Bald. *in l. vlt. Codic. de ſeru fugit.* Tiraquell. *d. cap.* 28. *numer.* 26. *& ſeqq.* vbi recenſet exempla eorum, qui vtroque parente nobiles nati, nobilius nomen matris aſſumpſerunt. Et
67 hic nouimus, moribus † Germanorum receptum eſſe, vt octo generationes nobilium ex vtroque latere ſine defectu nobilitatis probentur, daß einer vom Vatter vnd Mutter / vnnd deroſelben Groß vnd Elter Vatter / auch Groß vnnd Elter Mutter von alterſher ererbtes Helm vnnd Schildt auffzulegen hat / vel, daß einer ſeine acht Ahnen zum wenigſten erweiſen kan.

Quæ

Quæ conſuetudo Germaniæ etiam in Ec- 68
cleſiaſticis collegiis Capitularium, præſertim ſuperioribus auff die hohen Stiffte / tam Principum & Comitum, quam Nobilium ſtricte obſeruatur, vt non ſolum non niſi Ptincipes, Comites, Nobiles, ſed etiam non niſi hoc modo perfectiſſimi ſint, in iis admittantur, Müſſen vollbürtige Rittersleute ſeyn / welche jhre Ahnen vnnd Helm beweiſen können.

At de iure Canonico nulla habetur ratio nobilitatis in huiuſmodi Collegiis. Non enim generis, ſed virtutum nobilitas, vitæque honeſtas gratum Deo faciunt, & idoneum ſeruitorem: ad cuius regimen non multos ſecundum carnem nobiles & potentes, ſed ignobiles & pauperes : eo quod non eſt perſonarum acceptio apud ipſum, vti ſcribit Petrus Anchoranus *conſilio centeſimo trigeſimo primo*, *ad excluſionem circ. med. per c. penult. de præbend.* vbi gloſſa dicit: Solos ex Apoſtolis nobiles fuiſſe Paulum, & Bartolomæum, cæteros autem ignobiles. Præterea nec valere conſuetudinem, vt videlicet non niſi Nobiles recipiantur in Canonicos, *per text. in d. c. penult.* tenet Tiraquellus *capite vigeſimo numero decimo octauo, cum ibi allegat.* Contrarium tamen voluit Romanus *ſing. l.* 487. & alii relati à Tiraq. *d. loc. n.* 19.

Ad ludos

Cum autem dictum ſit,ad ludos equeſtres, itemque ad Collegia Canonica neminem admitti, niſi nobilitatem ex quatuor auis paternis & maternis probare poſſit, quæſtionis eſt: Poſſitne † Imperator vi ſupremæ poteſtatis 74
nouo homini gratiam facere, ita vt ad ludos equeſtres, vel ad Collegia Canonica eos nobilitet & habiles reddat? late hanc quæſtionem deducit Fridericus Pruckmannus *in tract. de Regalib. §. ſoluta poteſtas capit.* 4. *memb.* 1. *effect.* 4 *ratione leg. per tot.* vbi tandem *numer.* 12. concludit, Principem id facere poſſe: Cum nimirum nobilitas iuris ciuilis ſit, *quod & nos ſuperius probauimus.* Principem autem vi immenſi imperii poſſe ſtatuere contra ea, quæ iuris ciuilis ſunt, & nullius detrimentum coniunctum habent *per adducta in d. tract. de regalib. §. ſoluta poteſtas. cap.* 3. Sed nullius detrimentum eſt, quod plures in nobilium ordinem cooptantur: Imo potius intereſt Reipublicæ, pluribus id gratiæ tribui: vt præclara ingenia, ad bene de Republica merendum excitentur, quod fit, ſi Principis gratia, virtute præuia ad honorum faſtigia aſpirare ſe poſſe viderint. Nec † obſtat, quod lex ludorum equeſtri- 75
um requirat pro forma nobilitatem à quatuor auis deductam. Illud enim intelligendum eſt, abſque Principis gratia: In omni enim actu, authoritati ſuperioris ſiue Principis nil

quidquam derogatum eſſe intelligitur *alleg.*
76 *à Pruckmann. d. loc. numer. 20.* Deinde † non obſtat, quod actus omiſſa forma corruere dicatur: & per conſequens, Principis quoque indulgentiam, hac forma inſuper habita, per ſe & ipſo iure nullam eſſe. Actus enim corruit, ſi nimirum forma omittatur à priuato: Secus eſt, ſi à Principe omiſſa fuerit. Nam is ad eam quæ iure ciuili præſcripta eſt, formam ſectandam, ſi nemini id nocuerit, aſtrictus
77 non eſt. *Pruckmann. dd. locis.* Taliter † itaque nobilitati, æquiparantur illis, qui à quatuor maternis & paternis auis nobilibus legitime nati ſunt, vnde in priuilegio nobilitatis **im Wapenbrieff** hæc ſolent apponi verba: **Vnnd darumb vmb ſolcher ſeiner Redlichkeit / Adelicher guter Sitten / Tugendt / vnnd andern zu einer Anreizung / nach gleichmäſſigen Ehren / Tugenden / Adel vnnd Redlichkeit zu ſtreben / ſo haben wir mit guter Vorbetrachtung wolbedachtem Muthe / gutem zeitigen vnſer Edlen Räthe / vnnd lieben getreuwen / Raht vnnd rechter wiſſen / auß Römiſcher Keyſerlicher / auch Hungeriſcher vnnd Böhemiſcher Königlicher Macht vnnd Vollkommenheit / gedachten N. N. ſampt ſeinen Ehelichen Leibserben / vnnd deroſelben Erbens Erben / Mann vnnd Frauwen Perſonen zu ewigen Zeitten in den Standt vnnd Grad deß Adels vnſerer vnd**

rer vnnd deß Heyligen Römiſchen Reichs/ auch vnſerer Königreichen / Fürſtenthumben vnnd Landen / Recht Edel gebornen Wappens vnnd Lehens / Turniersgenoſſen vnnd Rittermäſſige Leutte erhebt / darzu gewürdiget / geſchöpfft / geadelt / vnnd ſie der Schaar/ Geſellſchafft / vnnd Gemeinſchafft deß Adels zugefügt / zugeſtelt / vnnd vergleicht / Allermaſſen vnnd Geſtalt / als ob ſie von jhren vier Ahnen / Vatter vnnd Mutter Geſchlechten beyderſeits recht Edel geborne Lehens Turniersgenoſſen vnnd Rittermäſſige Leute geboren weren.

Illam hoc loco ſubiicere quæſtionem placet: An † qui natus eſt ex patre Principe, Duce, Marchione, Comite, Barone, Nobili: matre vero plebeiæ conditionis, ſit particeps patris dignitatis, & priuilegiis, ita vt iure etiam in feudis ſuccedat? Cuius quæſtionis deciſio ex antecedentibus ſatis ſuperque colligi poteſt: vbi dictum eſt: legitime natos liberos, quoad dignitatem, familiam, gentem & ſimilia, quæ iuris ciuilis ſunt, patris non matris conditionem ſequi *l. cum legitimæ. & ibi Pet. Coſtal. de ſtatu homin. l. ſi filiam 9. & leg. ſeq. ff. de ſenatoribus l. exemplo 36. C. de decurionib lib.* 10. 78

Quod autem ad ludos equeſtres, itemque

in Collegia Canonicorum non recipiantur liberi nati ex eiuſmodi matre ignobili, vel ſtatuto vel conſuetudine inductum eſt : Saluo iure communi, Bocer. *de regalib capit. 2. numer. 23.* Sic quod filii matre ignobili nati, diſpari ſunt conditione cum filiis ex matre nobili natis *c. 1. de filiis natis ex matrimonio ad morganaticam contracto.* illud non fit tam ex iuris diſpoſitione, quam vi pacti nuptialis, vt nimirum ex ignobili matre progeniti filii à feudi ſucceſſione repellantur: qui certe in feudum etiam ſuccederent, ſi pactum illud in contractu matrimonii interpoſitum non fuerit Hotom. *in d. l. c. 1.* & Bocer. *d. loc. n. 23.*

Dixi autem legitime natos liberos eſſe par-
79 ticipes dignitatis paternæ. Spurius † enim à patre nobili non mutuatur nobilitatem, vti ante dictum, & ex ſubſequentibus clarius patebit. Cum enim dictum ſit, maritum nobilem communicare nobilitatem ſuam cum vxore ſua, itemque liberis: & hi non ſint eiuſdem generis: idcirco diſtincte tradendum eſt, ad quos nam liberos nobilitatem tranſmittat. Antequam autem id fiat, hoc duntaxat præmittendum eſt : Nobilitatem liberorum non aſcendere ad parentes aut alios ſuperiores : vti nobilitas parentum deſcendit ad liberos *ar-*
80 *gum. l. 1. ff. de ſenatorib.* Nunquam † enim aſcendit nobilitas ſed tantum deſcendit. Sebaſtian. Medic.

Medic. *de definit. capit.* 42. *numer.* 16. *& in tractat. mors omnia ſoluit concl.* 220. Tiraquell. *de nobilit. capit.* 16 *numer.* 1. Non tamen negari poteſt, quin parentes quodammodo cohoneſtentur ex nobilitate filiorum, quod multis probat authoritatibus Tiraquellus *d. capit.* 16. *numer.* 3 *& ſeqq.* Quim & ſi Imperator filium alicuius nobilitans, ſimul quoque eius patrem nobilitaret, & de eo in priuilegio conſtaret, non dubium eſt, quin & tunc pater nobilis dicendus & habendus ſit; quippe quod Imperator quemcunque vult nobilitare poſſit per ſuperius tradita.

Sed quid de tranſuerſalibus † hæredibus, 81
tranſit ne ad eos nobilitas? Et idem dicendum eſt, niſi Imperator fratres ſimul nobilitauerit, ad eos, & cæteros tranſuerſales Nobilitatem non tranſmitti: cum priuilegium perſonale non egrediatur perſonam *l.* 1. *de conſtitut. Princ. & c. priuilegium de reg. iur. in* 6. Ioan. Ray. *in tract. de nobilit. p.* 15. *quæſt.* 5. Tiraquell. *cap.* 17.

Ad liberos vero ex iuſto † & legitimo ma- 82
trimonio editos tranſmitti nobilitatem parentum in liberos, etiam vſque in infinitum, non dubitatur Chaſſ. *in Catalogo gloriæ mundi. pag.* 8. *conſiderat.* 24. Imo adeo liberis per patrem quæſita nobilitas intelligitur, vt nec, ſi patri viuo ablata ſit, liberis tamen non au-

feratur *l. filiam. de ſenatoribus*, quod maxime verum eſt, ſi liberi nobilitatem trahant ab auis. Faber. *lib. 9. Codic. titul. 28. defin. 1. & defin. 14. & 25.* Nec diſtinguimus, ſintne liberi filii vel filiæ, vtriuſq; enim ſexus liberi, participes ſunt paternæ nobilitatis Ioann. Rayn. *in tract. de Nobilit. num. 25.*

73 An autem † ad liberos ante nobilitatem patris natos, extendatur nobilitas? quæſtionis eſt. Sunt qui liberis ante conſecutam nobilitatem patris natis eam prodeſſe volunt, tum demum, ſi illorum ſit facta mentio *l. moris. §. pen. ff. de pœn l. 2. §. proinde ff. de decur.* Aliqui ſimpliciter ſtatuunt: liberos ante nobilitatem acceptam natos, nihilominus de paterna nobilitate participare, etiamſi illorum mentio facta non ſit. Quæ ſententia verior videtur *per l. ſenatoris 5. ff. de ſenatorib.* vbi ICtus Vlp. oſtendit, & eum ſenatoris filium accipiendum eſſe, ac ſenatoria dignitate frui, qui à ſenatore per adoptionem ſuſceptus eſt filius, etiam antequam pater ille adoptiuus ſenatoriam dignitatem adeptus eſſet.

84 Huic † ſententiæ obiicitur textus *in leg. ſenator. 11. Codic. de dignitatibus lib. 12.* Vbi Impp. Valens, Gratianus, & Valentinianus aiunt: Senator vel alius clariſſimus priuatos habeat filios, (id eſt, plebeios) editos

tos quippe antequam ſuſciperet dignitatem: quod non ſolum circa maſculos dignoſcitur conſtitutum, verum etiam circa filias ſimili conditione ſeruandum.

De conciliatione harum legum varii variè laborarunt, vti eſt videre apud Duarenum *lib. 2. diſputat. anniuerſ. capit.* 29. Iulium Pacium *cent. 1. ἐναντ. quæſtio. 39.* Iacobum Cuiacium *in explicatione d. l. ſenator.* & alios. Nos exiſtimamus interpretationem Cuiacii veriorem eſſe: qui cenſet *d. leg. ſanator.* intelligendam eſſe, de ſpeciali quodam ſenatorum priuilegio, quod, ex Codice Theodoſij, intelligitur, de immunitate glebalis muneris, vt nimirum glebale munus non agnoſcant, hoc eſt, penſionem, quæ ex poſſeſſionibus ærario infertur, ſoluere neceſſe non habeant ſenatores & eorum liberi *l. 2. Codic. de pretoribus & de honor. pretur.* At ſecus eſſe in filiis ſenatorum, qui nati ſunt, antequam pater ſenatoriam dignitatem ſuſcepiſſet, quod nimirum illi à munere ſiue functione glebali non ſint immunes.

Atque illud eſſe, quod Imperatorem, *in d. l. ſenator.* 11. docent quando reſcribunt, priuatos eſſe ſenatoris filios id eſt plebeios, qui editi ſunt priuſquam pater ſenator eſſet Cuiac. *ad d. l. ſenator.* 11. quem ſequitur Bocerus

in tract. de Regalib. cap. 2. num. 11. Sic decurionis filius, ante patris decurionatum natus, licet lætetur dignitate patris, non tamen omnibus priuilegiis ſui patris gaudet *d. l.* 2. §. *in filiis. verſ. & quidem quantum pertinet. ff de decurionib.*

85 Filii itaque nobilium virorum † ante conſequutam nobilitatem parentum nati potiũtur dignitate & nobilitate: quippe quod paternos honores & dignitates inuidere filiis non oporteat *d. l. ſenator.* Et ſic ſenatorius quis eſt filius, non attento, an ante dignitatem à patre ſuſceptam, vel poſt conceptus fuerit *d. l. ſenatoris. de ſenatorib.* Sic pro ſacerdotis filiis agnoſcuntur, tam qui in ſacerdotio, quam qui ante nati fuerint *c. ad extirpandas. de filiis presbyt.* Idem quoque atteſtatur conſuetudo, optima legum interpres, qua ad dignitatum priuilegia, etiam ante eorum acquiſitionem genitos admitti, notat Ioann. Cirier. *in tractat. de primogen. lib.* 1. *quæſt.* 12. *in fin.* Filii, inquam, nati ante conſequutam nobilitatem parentum, potiuntur nobilitate & dignitate paterna: at à ſpeciali functione curiali non ſunt immunes *d. l. ſenator.* 11. fruuntur quidem eadem dignitate, quoad pœnas quaſdam euitandas *d. l.* 2. §. 2. *de decur. l.* 10. *Codic. de dignit.* non autem quoad onera publica *d. l. ſenator. C. d. tit. de dignit.* Bocer, *d. capit.* 2. *numer.* 13.

Ea

Eodem ratione, in illa quæſtione: Num ex duobus † Regis filiis, quorum alter ante adeptum à patre regnum, alter poſtea in ipſo regno natus, poſterior vel prior habeat ius primogenituræ? reſpondetur pro priore: *per d.l. ſenatoris 5. de ſenatorib. fac. l. filii 22. §. ſenatoris ff. ad municip. l. 2. §. 1. de decurionib. l. moris §. parentes ff. de pœn. l. diui 5. l. cum quis 10. & l. ſeq. C. de naturalib. liber. Nou. 89. l. cum aduocatio* 8. *C de aduoc. diu. iudic. l. 2. C. de adu. diuerſ. iud. tit. ſeq. allegata ab Hotomanno illuſt. quæſt. 2.* vt nimirum iure primogenituræ vti poſſit contra eum, qui poſt adeptam dignitatem primus natus ſit, & tanquam primogenitus in regno ſuccedat. Nam ſi ante adeptam dignitatem filius eſt filius, nō poterit prohiberi, quo minus vtatur iure filii. Et licet dignitas non numeretur inter bona, tamen ſucceſſioni annexa eſt, ſicut patet ex *d. l. ſenatoris. de ſenat.* Et vacationem alicui datā, ita vt tranſeat ad poſteros, Iauolenus *in l. vacatio 13. de munerib. & hon.* ad eos pertinere dicit, qui ſunt in familia, id eſt, ad omnes deſcendentes interprete Modeſtino *in l. immunitates 4. iunct. 5. l. 2. in fin. de iure immunit.* Sic feudum nouum vel recens hoſti ereptum, licet non admittat poſſeſſoris fratres, tranſmittitur tamen ad omnes primi acquirentis hæredes *c. vnic. in fin. de benef. frat. c. vnic. §. & quia vidimus verſ. ſi autem vni ex fratribus vbi Schenck n. vlt. de iis* 86

qui feud.dare poſſ.c.vnic.§.fin.de feud. March. nec vnquam aliquis ex feudiſtis dubitauit, etiam ad eos filios nepoteſve pertinere, qui ante inueſtituram ſuſcepti vel nati fuiſſent Hotom. *d. quæſt.* 2. Nec diſtinguendum eſt hoc loco inter Regis filium, & primogenitum Regis: quaſi ante dignitatem natus, poſſit quidem vocari filius Regis,ſed non primogenitus;pro vt diſtinguit Hotomannus *d.quæſt.*2. & Iulius Pacius *cent.*1. *ἐναντ.quæſt.*39. inter filium ſenatoris,& filium ex ſenatore:Quem ob id reprehendit Henricus Bocerus *d.lib.de regalibus cap.* 2.*n.*10. Nam quis eſt primogenitus,niſi prim⁹ filius? Qui igitur filius Regis iure dicitur, ſi ſit in filiorum ordine primus; merito quoq; primogenitus Regis dicitur. Qui plura volet de hac quæſtione,illum remitto ad Hotoman.*d. quæſt.*2.& Henning.Arniſæum *lib.2. Relectionis Politic.c.*2.*ſect.*11.itemq; Petrum Gregor.Tholoſanum *lib.*7.*de Republ.c.*9.Andre.Knichen *ad ius Saxonic.verb.Electorum c.*5.vtramq; quæſtionem attigi ego quoq; *cent.*1.*quæſt.*30.*&* *qu.* 31. Et tradidi *in quæſt.*30.text.*in d.l.ſenator C.de dignit.*ſubobſcuram reddi propter hyperbaton
87 vel parentheſin. Claram autem † eſſe, ſi cum Cuiacio ita legatur: Senator vel alius clariſſimus priuatos habeat filios, quippe editos antequam ſuſciperet dignitatem (quod nõ ſolũ circa maſculos dignoſcitur conſtitutum, verũ etiam

etiam circa filias, ſimili conditione ſeruan[illegible] cum autem paternos honores filiis inuid[illegible]e nō oporteat, à ſenatore, vel alias clariſſimū ſuſceptum (ante dignitatē) in clariſſimatus ſciēdum eſt dignitate manſuram. Eſt itaque hæc mens Imperatorum: Si ſenator priuatos ſuſceperit filios, nempe aditam ante ſenatoriā dignitatem, quamuis non videantur clariſſimi eſſe: tamen quia durum eſt, paternos honores filiis inuidere, benigniori interpretatione inter clariſſimos referri. Et ſi ita *d. l. ſenator* accipias, maxime conſentanea lex eſt noſtræ ſententiæ, qua dicebamus, Nobilis filium etiam eum dicendum eſſe, qui natus eſt antequam pater nobilitatem conſequeretur ***per textum in d. l. ſenatoris*** 5. *ff. de ſenatorib.* Tiraquel. *de nobilit. cap.* 15. *n.* 7. *&* 2. *ſeqq.*

Aliter † conciliare conatur antinomiam 88
inter *d. l. ſenator. & d. l. ſenatoris.* Ioannes Niellius *diſputat. feud.* 11. *th.* 2. *lit. b.* vbi filium ſuſceptum ante patris ſenatoriam dignitatem diſtinguit à filio nato ante hanc patris dignitatem; & ſuſceptum filium dicit filium cœptum, & inchoatum, puta, partum in matris vtero conceptum. De ſuſcepto, id eſt, concepto filio loqui Vlpianum *in dict. l. ſenatoris* 5. *verſ. nec intereſt ff. de ſenatorib.* at de filio nato differere Imperator. ***in d. l. ſenator*** 11. ***in princip. C. de dignit.*** Sed recte hanc con-

conciliationem repudiat Henricus Bocerus *d.cap.2.n.10.§.verum neque* Nam Vlpianus *in d. l.ſenatoris 5.verſ.* nec intereſt, loquitur non de naturali filio, ſed vt præcedentia manifeſto arguunt, de filio adoptiuo, quem in filii locũ ſenator ſuſcepit antequam ſenator eſſet. Et certe quia adoptiuus etiam filius natūs plebeius, ſed à ſenatore adoptatus, fili⁹ ſenatoris eſt, & ſenatoriæ dignitatis particeps, vt docet Vlpianus *in d.l.ſenatoris 5.& in l.10.ff.de ſenat.* & IC.Paulus *in l.6 d.tit.* cur non multo magis vel æque filius naturalis, etiam ante patris ſenatoriam dignitatem plebeius natus ſenatoriæ dignitatis particeps eſſet? maxime cum etiam filius decurionis, qui ante natus eſt, quam pater decurio fieret, priuilegiis patris decurionis fruatur, ne fuſtibus caſtigetur, ne in metallum detur? vt docet Iureconſultus Vlp.*in d.l.2.§.in filiis ff. de decur.& in l.moris 9.§.ſed vtrum 14.ff.de pœn.* Huc vſque Bocerus; cuius ſententię etiam meum calculum adiicio: conciliationi Duareni itidem reſpondet Bocerus *d.loc n.10.in princ.*

Sed & illud quod diximus, tranſire nobili-
89 tatem ad liberos, non † extenditur ad naturales tantum, id eſt, nothos & non legitimos, quos vulgo baſtardos vocamus, Baſtardos
90 † itaque nobilium, etiam ex perſona matrũ, non eſſe nobiles, quia ſordes non mereantur inter

inter præcipuos; dicebat Baldus *in l. cum legitime ff. de ſtat. hom. per l humilem C. de inceſt. nupt.* & quia baſtardi nobilium non decedunt ab aliquo fonte nobili, ſed à ſanguine putrido, idem Bald. *in c. innotuit verſ. nota quod nobilitas. de elect.* Imo nec patris conditionem ſequuntur (quippe qui extra nuptias nunquam certus eſſe poſſit: cum pater ille ſit, quem nuptiæ demonſtrant *l quia ſemper. 5. de in ius voc.*) ſed matris. Cuius enim conditionem aliam ſequerentur quam matris, qui patrem nullum habent *l. 1. §. vlt. de cenſib. §. ſi aduerſus ea. Inſt. de nupt.* quæ tamen mater, quantumuis nobilis ſit, non poteſt filio ſpurio nobilitatem præbere: quia inconueniens & abſurdum eſt, vt nobilitatem quis accipiat à matre, quæ ipſa ex mariti dignitate aut vilitate mutat & accipit conditionem, ſi maritum ſortita eſt Tiraq. *cap. 18. n. 3.*

Non deſunt † tamen qui alicubi ex conſuetudine receptum aſſerant, vt ſpurii pro nobilibus habeantur, & omnibus nobilitatis priuilegiis gaudeant: qualem in Gallia locum habere, & ei ſtandum eſſe, notat Tiraq. *cap. 15. n. 25.* Boerius *deciſ. 127. num. vlt.* niſi quod familiæ inſignia gerant per interlineam diuiſa Tiraq. *d. loc.* At Antonius Faber refert, ſtatuto Sabaudiæ, vt ita demum nobilitatis decore fulgeant, ſi tria concurrant: Quorum primum 91

eſt, vt

eſt, vt qui totius familiæ caput eſt, conſentiat. Secundum, vt nobiliter viuat. Tertium, vt quantum ad nobiliter viuendum facultatum habere neceſſe eſt, habeat, quo nobilium munera omnia pro Principe & Republica ſubire ac implere poſſit. Et ex his ſi vnum deſit, neque nobilem eſſe, neque vllo immunitatis priuilegio gaudere. Nam ceſſante ſtatuto, res remanet in diſpoſitione iuris communis, ex quo baſtardi non poſſunt ferre inſignia domus, tanquam qui non ſunt de familia parentis Bart. *in tract. de armis n.* 19. *arg. l. familiaria & ſeq. de relig. & ſumt. fun. l. ius* C *eo*. Paleot. *de nothis & ſpuriis c.* 61. *n.* 7. Matth. de Afflict. *in tract. de iure protomiſ. in pr. n.* 32. Idq; adeo verum eſt, vt cũ ex radice corrupta, ſiue illegitimo naſcẽdi principio non ſit legitima conſequentia *l. fin.* C. *de natural. lib.* nec nepotes ex his, licet ex legitimo matrimonio nati, reliquique eorum ſucceſſores nobiles habeantur Tiraq. *d. loc. n.* 24. Paleot. *d. loc. n.* 34. *& ſeq.* Faber *d. loc.*

92 Quid vero ſi ſpurii, † ſiue, vt vocãt, baſtardi, reſtituantur natalibus à Principe? Et ne tũc quidem, niſi in bulla legitimationis expreſſe facta mentio ſit de patris voluntate *arg. cap.* 1. §. *naturales. ſi de feud. def. controuerſ.* Felin. *in cap. poſtulaſti. de reſcript.* nobilitatem eos conſequi, dicendum eſt per *Nouell.* 89. *cap.* 4. *l. vniç. Cod. de mulierib. quæ propr. ſeru. ſe iunx.* Petrus Rebuff.

Rebuff. *de nominat.quæſt.12. num.*49. quippe quod legitimatio illa ciuilis, turpitudinem & maculam natiuitatis non tollat; cicatrix enim vulneris manet. Bald.*in c per¦tuas. de maiorit. & obed.* Diuerſum † eſt in legitimatis à 93 patre nobili per ſubſequens matrimonium: vt quod omnia præcedentia vitia tollit omnemque priorem maculam purgat: vnde & hi per omnia & in omnibus æquiparantur legitime natis filiis *Nouell.* 12. *in fin. cap. tanta Ext. Qui filii ſint legit.* adeoque quidquid de vno comparatorum iure definitum eſt, id etiam de altero diſpoſitum intelligi debet *cap. cum dilectus c. cum ad audientiam Ext. de cler. non reſid.* vnde conſequitur, legitimatum per ſubſequẽs matrimonium, habere plenum agnationis ius: itemque poſſe gerere inſignia & arma patris, ac ſi legitime natus fuerit *d. Nou.1?. circ. fin. vbi Cuiac.* & Bocer. *de regalib. c. 2. n. 26. & aliquot ſeqq.* vbi ad contraria reſpondet.

Neque attenditur † an ex nobili ſiue ex 94 ignobili & vilis abiectæq; conditionis fœmina is natus ſit. Nam Iuſtinianus *in Nou.*18. *de triente & ſemiſſe* §. *vlt.* expreſſe conſtituit, vt matrimonium etiam cum ancilla cõtractum conſiſtat, & liberi inde procreati ſint legitimi, ſi poſtea manumittatur ancilla. Idem cautum eſt *in Nouell.*78. *vt liberi de catero.* vbi additur: hoc in quolibet cum liberta matrimo-

trimonium contrahente, cuiuſcunque dignitatis ſit, locum habere. Atqui ancillarum & libertarum conditionem vilem eſſe, planum fit ex *d.l.humilem C.de inceſt.nupt.l.1.C.de natura-*
95 *lib.lib.* De iure † Canonico quoque, licet viro nobili ducere quamlibet vilem vxorem, & filii inde legitimi ſint.*text.in c.recurrat 32.q.4.& c.2.& vlt.de coniug ſeru.* Et vt concludam, ſunt quamplurimi Interpp. in ea ſententia, quod ex ea, quæ viliſſimæ conditionis eſt, nati, legitimi ſint, etiamſi ante matrimonium cum ea contractum ſint procreati Couarr. *in Epitome de ſp. un. lib.p.2.cap.8.§.2.n.9.* Paleot. *de nothis & ſpuriis cap.12.num.7.* Cacheran. *deciſ.154.n.5.& ſeqq* Natta *conſil.473.n.38.* Gail.*2 obſ.141.n.4.*& alii allegati à Regnero Sixtino *vol. 2. conſil. Marpurg.conſil.9.n.36.* Legitimatio itaque patris nobilis per matrimonium ſubſecuta, facit, vt filius naturalis conſequatur priuilegia & inſignia paterna, etiamſi illud matrimonium in articulo mortis contractum eſſet Gail.2 *obſ.141.n.8.*

96 Ad liberos legitimos † tantum, ſeu adoptiuos, non extendi nobilitatem, cum Curtilio *de nobilitate in 4.p.verſ.quid autem in filiis legitimis tantum*, tenet Tiraq.*cap.15.n.6.* Nam ea nobilitas, *inquit Tiraquellus*, quæ à parentibus tranſit ad filios, eſt velut ex traduce, & à conſecutione clari ſanguinis; quod legitimis accommodari

dari non poteſt, vt qui non ſunt de ſanguine parentum. Ego aliquando † *Cent.* 1. *quaeſt.* 44. 97 *lit.b.* & *c.* quæſtionem hanc definiebam, cum D. Cuiacio *conſult.* 56. & *in comment. ad lib.* 36. *quæſt. Papiniani pag.* 220. diſtinguendo inter generis & gentis nobilitatem: vt nimirũ adoptio ex igno bili faceret nobilem, ſi gentẽ, non etiã ſi genus ſpectemus. Quoad genus ſiue ſanguinem, adoptionem nõ facere nobilem, exinde Dd. probant; Primo, quod Nobiles ſola natura faciat. Naturæ autẽ appellatione, ſiue ipſam generoſiorem & nobiliorem naturæ virtutẽ, ad quæuis præclare gerenda, homini inſitam & innatam, atque multis præclare factis confirmatam: quæ veræ nobilitatis cauſa prima eſt: ſiue natiuitatem, quæ nobilitatis cauſa altera eſt, intellexerimus, parum referte: vtroque enim caſu adoptione non fieri nobilem. Non certe priore: quia nobilitas habitus quidam eſt, qui vt euelli hominis facto nequit: ita nec dari poteſt *l. ſin autem* 27. §. *vlt. de rei vendicat.* ſed neque poſteriore. Quia ſicut adoptio filios naturales non facit; ita nec nobiles, & nobilitas magis cognationis & natalium iure. quod adoptione tribui non poſſit *l. qui in adoptionem* 23 *de adopt.* æſtimatur *l. nobiliores. C. de commerc. & mercat.* Deinde quia nobilitas pertinet ad conditionem hominis & ſtatum, à quo honor & dignitas ſeparanda ſit *l. falſa* 33.

G *§. ſed*

trimonium contrahente, cuiuſcunque dignitatis ſit, locum habere. Atqui ancillarum & libertarum conditionem vilem eſſe, planum fit ex *d.l.humilem C.de inceſt.nupt.l.1.C.de natura-*
95 *lib.l.b.* De iure † Canonico quoque, licet viro nobili ducere quamlibet vilem vxorem, & filii inde legitimi ſint. *text.in c.recurrat 32.q.4.& c.2.& vlt.de coniug ſeru.* Et vt concludam, ſunt quamplurimi Interpp. in ea ſententia, quod ex ea, quæ viliſſima conditionis eſt, nati, legitimi ſint, etiamſi ante matrimonium cum ea contractum ſint procreati Couarr. *in Epitome de ſp. lib.p.2.cap.8.§.2.n.9.* Paleot. *de nothis & ſpuriis cap.12.num.7.* Cacheran. *deciſ.154.n.5.& ſeqq* Natta *conſil.473.n.38.* Gail. *2 obſ.141.n.4.* & alii allegati à Regnero Sixtino *vol. 2. conſil. Marpurg.conſil.9.n.36.* Legitimatio itaque patris nobilis per matrimonium ſubſecuta, facit, vt filius naturalis conſequatur priuilegia & inſignia paterna, etiamſi illud matrimonium in articulo mortis contractum eſſet Gail. *2 obſ.141.n.8.*

96 Ad liberos legitimos † tantum, ſeu adoptiuos, nôn extendi nobilitatem, cum Curtilio *de nobilitate in 4.p.verſ.quid autem in filiis legitimis tantum*, tenet Tiraq. *cap.15.n.6.* Nam ea nobilitas, *inquit Tiraquellus*, quæ à parentibus tranſit ad filios, eſt velut ex traduce, & à conſecutione clari ſanguinis; quod legitimis accommodari

dari non poteſt, vt qui non ſunt de ſanguine parentum. Ego aliquando † *Cent. 1. quæſt. 44. lit. b. & c.* quæſtionem hanc definiebant, cum 97
D. Cuiacio *conſult. 56. & in comment. ad lib. 36. quæſt. Papiniani pag.* 220. diſtinguendo inter generis & gentis nobilitatem: vt nimirũ adoptio ex ignobili faceret nobilem, ſi gentẽ, non etiã ſi genus ſpectemus Quoad genus ſiue ſanguinem, adoptionem nõ facere nobilem; exinde Dd. probant; Primo, quod Nobiles ſola natura faciat. Naturæ autẽ appellatione, ſiue ipſam generoſiorem & nobiliorem naturæ virtutẽ, ad quæuis præclare gerenda, homini inſitam & innatam, atque multis præclare factis confirmatam: quæ veræ nobilitatis cauſa prima eſt: ſiue natiuitatem, quæ nobilitatis cauſa altera eſt, intellexerimus, parum referre: vtroque enim caſu adoptione non fieri nobilem. Non certe priore: quia nobilitas habitus quidam eſt, qui vt euelli hominis facto nequit: ita nec dari poteſt *l. ſin autem 27. §. vlt. de rei vendicat.* ſed neque poſteriore. Quia ſicut adoptio filios naturales non facit; ita nec nobiles, & nobilitas magis cognationis & natalium iure. quod adoptione tribui non poſſit *l. qui in adoptionem 23 de adopt.* æſtimatur *l. nobiliores. C. de commert. & mercat.* Deinde quia nobilitas pertinet ad conditionem hominis & ſtatum, à quo honor & dignitas ſeparanda ſit *l. falſa 33.*

§.ſed ſi cui ff.de condit. & demonſtrat. § *quibus Inſt. de cap. diminut.* Cuiac. *d. conſult.* 56. ſed per adoptionem, ſtatus & conditio non mutatur: ea enim ex ciue peregrinum, aut ex peregrino ciuem non facit; imo nec ciuitatem mutat, ſed adiicit; adeo vt adoptatus tam in patria ſua, quam in patria adoptantis munera ciuilia & honores obire cogatur *l.* 7. *C. de adopt. l.* 1. *l. ordine* 15. *§. vlt. ff. ad municip. l.* 7. *C. de incolis.* Adoptio item ex libertino ingenuum, vel ex ingenuo libertinum non facit: Ergo nec ex plebeio & ignobili, adoptione nobilem fieri, cõſequens eſt: atq; ita adoptionem genus, quod eſt à natura, non mutare: gentem vero, quæ iuris ciuilis eſt, mutare Cuiac. *d. conſult.* 56. D. Erneſt. Cothman. *lib.* 1. *diſp. iuris ciu. diſp.* 1. *coronide* 1. Ericus Hedeman *diſp.* 2. *th.* 34. *lit.* D. Elias Roberus *diſputat.* 3. *theſi* 11. At ſi nobiles dixerimus eos, qui alicuius nobilis familiæ nomen adepti ſunt, id eſt, ſi gentem ſpectemus, adoptionem facere nobilem, ex eo probatum, quod adoptatus ex ſua familia tranſit in familiam patris adoptantis, eiuſque nomen adipiſcitur, atque ita gentem ſeu familiam mutat *l. qui ex liberis* 11. *§. teſtamento* 2 *de bon. poſſeſſ. ſec. tabb. l.* 1. *§. cognationem* 4. *vnde cognati.*

98 Sed cogitaui † poſtmodum, annon verius ſit; plebeium à nobili adoptatum ſimpliciter nobi-

nobilem effici, nobilitate nimirum ciuili & politica; de qua hic dũtaxat ſermo eſt. Fruſtra enim videtur in hac quæſtione dici, de eo nobilitatis genere, quod ſola virtute, ad quævis præclare gerẽda homini à natura inſitum eſt, & veræ nobilitatis, ſecundum philoſophos, prima cauſa eſt. Sed aliud eſt in natiuitate, quę in propoſita quæſtione nobilitatem tribuit ſi eam legalem ſiue politicam intellexerimus, quæ ex naturali natiuitate (qua nobilitas nũc maxime æſtimatur) ipſius parentis adoptiui vim illam trahit, & in eum quaſi transfundit. *Dominicus Aramæus exercitat. 2. concl. 21.* Nec † 89
hoc naturæ aduerſetur: cum fictione iuris id fieri dicatur; prout & alia in adoptione finguntur, quæ minus poſſibilia ſunt §. *licet autem* 4. *Inſtitut. de adopt.* vbi qui filium non habet, poteſt tamen nepotem adoptare: quod certe naturæ itidem aduerſari videtur. Dicendum itaque eſt: eum qui in locum nepotis adoptat, fictione quadam & commentitio iure videri filium habuiſſe Borch. *in dict.* §. *licet.* Sic ſpadones adoptare poſſunt §. *ſed & illud Inſtitut. dict. tit.* qui tamen ob morbum vel frigiditatem actu generare non poſſint, licet remoto impedimento poſſint. Rurſus dixeris: adoptionem imitari naturam, non tribuere: adeoq; non ius ſanguinis, ſed cognationis adferre *l. qui in adoptio-*

nem 23.*d.tit.* Ad quod reſpondendum eſt, per adoptionem, quæ eſt modus acquirendæ patriæ poteſtatis, ius ſanguinis conſtitui non poſſe; ſed tamen, quoniam idem effectus eſt in adoptiuis, qui eſt in conſanguineis, inde eſt, vt adoptiui etiam dicantur conſanguinei: atque ita proprie, ratione effectus: ſed improprie ratione cauſæ text. *expreſſus in* §. 1. *Inſtit. de legit.agnat.ſucceſſ.* vbi Iuſtinianus dicit; per adoptionem quoque ius agnationis conſiſtere, veluti inter filios naturales, & eos, quos pater eorum adoptauit: nec dubium eſt, quin improprie conſanguinei appellantur. Improprie, inquit Imperator, ſcilicet ratione cauſæ: at proprie, ratione effectus, vti dictum. Vult. *ad d.*§.1. ſic in *l.ſi is qui* 44.*de adopt.* quoque dicitur: iura conſanguinitatis adoptione quæri: item cognationem *l.*1.§.4.*vnde cognat.*

100 Quod & dignitas † acquiratur per adoptionem, textus ſunt *in l.in omni* 13. *ibi.* patria dignitas quæſita per adoptionem. *l per adoptionem* 35.*ibi.* per adoptionem dignitas non minuitur, ſed augetur *ff. de adopt.* Quin amplius
101 dignitatem per adoptionem quæſitam † propagari etiam in liberos patris plebei à nobili viro adoptati, patet ex *l. liberos* 10. *de ſenatorib.* & *l.ex adoptiuo* 27. *l. ſenatoris* 5. & *l. ſeq de ſenat.* vbi non tantum dicuntur ſenatoris filii, qui naturales ſunt, ſed & adoptiui. Præterea non

non refragatur; quod adoptio ex ciue peregrinum, & ex peregrino ciuem non faciat; item quod ciuitatem non mutat, ſed adiicit. Diſtinguendum enim eſt inter dignitatem, & aliam hominum conditionem & ſtatum. Dignitatem patris adfert adoptio filio adoptiuo, non alium ſtatum: excepto eo, qui in patria poteſtate & familia conſiſtit *l. qui ex liberis* 11. §. *teſtamento ff. de bon. poſſ. ſec. tab.* Bocer. *de regalib. cap. 2. num.* 40 Et quamuis adoptio ad hoc tantum ſit inuenta, vt faceret filium, id eſt, hominem ſui vel alieni iuris redigeret in poteſtatem adoptantis, quaſi filium, vel nepotem, vel pronepotem: id tamen tantum abeſt, vt concluſioni huic reſiſtat, vt eam potius confirmet: quippe cum hic quoque patriæ poteſtatis ſit effectus quidam, quod patris dignitatem cum filio communicet *d. l. in omni* 13. *l. per adoptionem* 35. *l. liberos* 10. *de adopt. l. ſenatoris* 5. *& l. ſeq. de ſenat.* Bocer. *d. loc. num.* 40. *in fin.*

Quod & plebeius ſui adoptione, ſi authoritate Principis id agatur, vt plebeius ille omnino ex plebe eat, efficiatur nobilis, probatur *arg. l. ſed ſi hac lege* 10. §. *ſed ſi ius ff. de in ius voc.* à Cuiacio *in comment. ad d. lib.* 36. *quæſt. Papiniani & d. conſultat.* 56. & Bocero *d. loc. num.* 41. concedunt plurimi eo caſu, vbi adoptio fit ab auo materno *arg. l. pen.* §. 1. *verſ. ſiquidem*

remaneat C.*de adopt.*§.2.*Inſtit.eod.* at negatur, de adoptione facta ab extraneo aliquo, puta, eo in quo nulla iura patris naturalis concurrunt, adeoque adoptatum in poteſtate non habet Borch.*in* §.*ſed hodie Inſtit.de adopt.* ſiquidem adoptari ab extraneo in adoptantis poteſtate non ſint *l.pen.in pr.* & §.1.C. *de adopt.* & *d.*§.*ſed hodie.* ſed idem ſtatuendum eſſe, quod in auo materno, conatur euincere D.Arumæus *d.theſi* 21.*fere in fine* §. *cur non igitur.*

Firma itaque erit concluſio, in adoptatum tranſire nobilitatem: adeoque plebeios adoptatos à nobilibus, fieri nobiles: Et huc reſpicit illud Ouidii *lib.*4. *Faſt.*

Hic ad te magna deſcendit origine menſis,
Et fit adoptiua nobilitate tuus.

Et ſic ex Cicerone *in orat. pro domo ſua ad Pontifices.* apertiſſime videre licet: filios adoptiuos ſequi conditionem ſtatumque patris adoptiui: vt ſi pater eſſet patricii generis, & filius quoque talis eſſet: & econtrario, ſi plebeii generis, plebeius quoque filius cenſeretur. Ob idque Clodium illum pulchrum ſe in adoptionem P.Fonteio homini plebeio dediſſe, vt Tribunatum plebeis aſſequi poſſet, ad quem magiſtratum non niſi plebei admittebantur.

102 Alia quæſtio eſt: ſi nobilis † ſe det in adoptio-

optionem plebeio, an nobilis eſſe deſinat? Quod adfirmat Cuiacius *dict. conſultat.* 56. ſtatuens, adoptione nobilem fieri ignobilem, ex patricio plebeium, quippe quod mutare genus ſua ſponte cuique liceat, & ſe ſeruum etiam facere: qua ratione ex matrimonio patricii generis, mulier vltro, ſi velit, in plebem tranſeat *l.* 1. *C. de dignit. lib.* 12. *l. fœmina* 8. *& ibi Coſtal. ff. de ſenat.* Gothofred. *in l.* 1. *ff. vnde cognat. lit. V.* Sed contraria † ſen- 103
tentia videtur verior Henrico Bocero *d. cap.* 2. *num.* 43. *& ſeqq. per text. in l. per adoptionem* 35. *ff. de adopt.* vbi traditur: per adoptionem non minui dignitatem, ſed augeri. Concordat textus *in l. ſenatoris* 6. §. 1. *& l. ſeq. in princ. ff. de ſenatorib.*

Huic ſententiæ obiicitur: primo, † quod 104
mulier patricii ſiue nobilis generis tranſeat in plebem, & amittat nobilitatem, ſi nubat plebeio viro *l.* 1. *C. de dignitatib. lib.* 12. *l. fœmina* 8. *ff. de ſenatorib.* ſed exinde male infertur, & non probatur, quod probandum venit, quod nimirum nobilis in adoptionem datus plebeio, amittat nobilitatem. Quod enim mulier nobilis, nubens viro ignobili, amittat nobilitatem, id ita iure conſtitutum eſt *dict. l.* 1. *d. l. fœmina.* At nobilitatem amitti, eo ipſo quod quis à plebeio adoptatur, id eo vſque negatur, donec expreſſa lege

contrarium probatum fuerit. Certi enim ſunt modi conſtituendi, certi itidem ſunt modi amittendi, & vltra eos modos nobis non licet ſingulares fingere *tot. tit. Inſt. quib. mod. pat. poteſt. ſolu. item quib. modis tutela finitur. quib. modis obligatio finitur. cum ſimilib.* Deinde quod mulier nobilis, ſi nubat plebeio, deſinit eſſe nobilis, id ex eo fit, quod mulier de familia viri eſt, non patris ſui *l. quicunque 10. vbi Bart. Cod. de re milit. lib. 12. l. pronunciatio 195. §. mulier autem vbi Godd. de verb. ſign.* Quæ ſolutio eſt Boceri *d. cap. 2. n. 45.*

Secundo obiicitur: quod pater & filius et-
105 iam † adoptiuus cenſentur eſſe vna & eadem perſona *l. vlt. in fin. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Ergo ſi pater eſt plebeius; erit etiam filius adoptiuus plebeius. Sed ad id reſpondendum eſt, itidem eſſe malam conſequentiam. Nam ꝙ dicitur, patrem & filium eſſe vnā & eandem perſonam; id intelligendum eſt de patre & filio naturali; cum filius ſit naturalis pars viſcerum patris: ꝙ de filio adoptiuo dici nō poteſt, ſed neque dum filius naturalis vere eſt vna & eadem perſona cum patre, ſed fictione iuris duntaxat. Et hinc Imperator Iuſtinianus *in l. vlt. C. de impub. & aliis ſubſtit.* ait: quod pene intelligantur eſſe eadem perſona, pater & filius. Et in §. *ei vero Inſtitut. de inutilib. ſtipulat.* dicit: filii vocem, tanquam patris intelligi. Quin am-

amplius, in quibuſdam tantum, pater & filius cenſentur eſſe vna & eadem perſona, non ſemper & in omnibus Bartol. *in l. ſi dubitetur. §. filiusfamilias. ff. de fideiuſ.* Vnde eſt quod filius non teneatur pro patre, neque pater pro filio *tot. tit. C. Ne pater pro filio Mynſ. 1. obſ. 29. Matth. de Afflict. deciſ. 308.* Idem quod patris poſſeſſio filio prodeſſe non poſſit: & quod filius patre viuente in bonis ipſius nullum omnino ius habeat *l. 1. §. largius ff. de ſucceſſ. edict.* Et quod immobilia ſiue feuda patris non proſint filio, quoad ſatisdationem, concludit Coſtalius *in l. ſciendum 15. Qui ſatiſd. cog.* & denique quod filius, ſpem duntaxat poſſidens, viuente patre poſſeſſore feudi, nõ releuetur à cautione, cum quoad effectum nihil adhuc poſſideat *d. l. ſciendum* ita contradictorio iudicio obtentum ſe ſcire dicit Treutlerus *volum. 1. diſp. 5. conclu. 3. in fin.*

Tertio obiicitur, quod † homo liber maior viginti annis, ſi ad precium participandum ſeſe venundari paſſus ſit, efficiatur ſeruus iure ciuili *§. penult. Inſtitut. de iure perſ.* Sed nec hoc ſtringit. Liber enim homo, ob exigui lucri participationem in turpiſſimam ſeruitutem, ſe ipſum vendendo, coniiciens, facit rem de iure illicitam, adeoq; ſeipſum libertate indignum iudicat, & ſeruitutem pro pœna induit: in tantum vt parentes vel conſanguinei ita ſeipſum 106

vendentem non poſſent vendicare, vel per officium iudicis repetere *l.* 7. §. 2. *de capit. minut.* Dixi *cent.* 1. *quæſt.* 27. At qui ſe in adoptionem dat plebeio, non facit rem de iure illicitam, adeoque eius nomine pœnam non patitur. Deinde liber fit ſeruus ſua ſponte, & ideo contrahit, vt ſeruus fiat: at Nobilis qui plebeio ſe dat in adoptionem, filius quidem plebei eſſe deſiderat: Sed non vult nobilitatem amittere Bocer. *d. loc. numero* 45. §. *quod dicitur.*

Quarto opponitur exemplum Clodij, qui ſe dedit adoptandum Fonteio homini plebeio, vt patriciatus dignitate ſe exueret, & plebeius fieret. Sed exemplis non eſt paſſim vtendum in finiendis cauſis: ſed magno admittenda iudicio *c. monomachiam* 2. *quæſtio.* 4. *c. multi ædificant* 12. *quæſt.* 2. *cap. ſi quis vetus* 20. *quæſt.* 2. *c. non exemplo. de conſecrat.* Hinc non exemplis, ſed legibus iudicandum eſſe inquit Iuſtinianus *in leg. nemo iudex Codic. de interloc. iud.* Et denique licet Clodius noluerit amplius eſſe patricius, attamen reuera ex iuris ſententia patritium manſiſſe, tradit Obrechtus, quem ſequitur Bocerus *d. loc. numer.* 45, *in fin.*

Et hucvſque in quos deriuetur nobilitas. 108 vbi hoc duntaxat addo: quod † nobilitas parentum deſcendat etiam in filios furioſos & demen-

dementes, qui parentum ac mentis compotes nobilitatem retinent, vt dicit Bartolus *in d. l.* 1, *verſicul. ſciendum eſt ergo* Codic. *de dignit lib.* 12, *per l. cæcus & l. cum furioſis.ff. de iudic.* Imo poſſunt etiam huiuſmodi furioſi & dementes recenter à Principe nobilitari, ſec. Tiraquellum *capit.* 6 *num.* 34 *verſ. ex quibus etiam.* & *capit.* 15 *n.* 4. Nunc ad effectus Nobilitàti acquiſitæ progrediendum eſt.

Capvt VI.

De prærogatiuis, priuilegiis & immunitatibus nobilitatis.

Svmmaria.

1 *Nobiles multis gaudent priuilegiis & immunitatibus. n.* 16.
2 *Nobilitatis iura non ſunt mera perſonalia ſed in poſteros continuantur.*
3 *Generali appellatione nobilium veniunt etiam Duces, Comites, &c.*
4 *Speciali veniunt tantum illi qui ſunt infra barones.*
5 *Nobilibus tantum conceduntur inſignia cum apertis galeis.*
6 *Alterius inſignia doloſe vſurpans tenetur iniuriarum.*
7 *Solus Imperator concedit inſignia & de iis ſtatuit.*

8 *Regum*

8 *Regum & principum inſignia rebus priuatis priuata authoritate imponi non poßunt.*
9 *Nobiles habent prærogatiuam præ aliis in veſtitu, & in ſeßionibus n.*10.
11 *Fama non poteſt cum cæde alterius defendi.*
12 *Et nobilis & ruſticus fugere debet ſi fuga ſibi poßit conſulere.*
13 *Vxores nobilium non tenentur marito lauare caput, pedes, &c. vt plebeiorum.*
14 *Nobiliſſa tenetur lactare proprios liberos.*
15 *Nobiles habent eminentiores titulos.*
17 *Nobiles præſumuntur virtuoſi & maioris fidelitatis n.*21.
18 *Nobilis teſtimonium præfertur teſtimonio plebei. num.* 19.
20 *Promißio* bey Adelichen Ehren / *obtinet vim iuramenti corporalis.*
22 *In beneficiis & dignitatibus Eccleſiaſticis nobiles plebeis præferuntur.*
23 *Comparantur tamen illis Doctores.*
24 *Exercere libertatem proprium eſt Nobilium.*
25 *Nobilibus non competunt priuilegia militum circa teſtamenta niſi militent.*
26 *Pacta de futura ſucceßione inter viros nobiles & illuſtres valent.*
27 *Nobiles in ſuis villis habent iuriſdictionem aliquando merum & mixtum Imperium.*
28 *Non habent regalia.*

29 *Sunt*

29 *Sunt tamen capaces iuris patronatus.*

30 *Nobiles à muneribus excuſantur. n.* 31.

32 *Vaſallus propter feudum à domino non poteſt collectari.* 33.

34 *Niſi extrema in neceſſitate n.* 35. 37. 38.

26 *A collactis Turcicis Imperator non poteſt immunitatem concedere.*

39 *Nobiles pro bonis illis quæ à ruſticis acquiſiuerunt contribuere coguntur.*

40 *Nobilis propter delictum non poteſt incarcerari.*

Nec torqueri: niſi in delictis grauioribus numero 42. 43.

44 *Poſſunt tamen interrogari & verbis terreri.*

45 *Nobiles in pœna corpori infligenda mitius plebeis tractantur. n.* 49. *aliquando tamen grauius.* 47. 48. 50.

46 *Nobiles à quibuſnam pœnis plane ſunt immunes.*

51 *In pœnis ordinariis nobiles æque vt plebei puniuntur.* 52.

53 *Nobiles in criminalibus poſſunt agere per procuratorem.*

NObilitas non eſt res de nihilo: Sed habet ea illuſtres ſuos effectus. Nobilitatem enim † ſiue iura nobilitatis habentes, tum iure 1
communi, tum conſuetudine, tum ſtatuto vel ſpeciali lege, certis prærogatiuis, priuilegiis, immu-

immunitatibus & iuribus gaudent: vt ea ratione plures ad ſtudium virtutis incitentur. Donis enim & gratiis, blandimentis & honoribus, præmiis & muneribus, inuitantur homines ad bonum *c. qui ſincera 45. diſt. c. quam pio 1. quæſtio. 2. c. nimirum & c. ſeq. & c. pen. 23. quæſt. 4. l. 4. de inoffic. teſtam. l. 1. §. 1. de iuſt. & iure, l. ſemper §. nam remuneranda 3. de iure immunit. Pet. de Anchor. in clement. vnic. §. nos itaque. in fin. de reliq. & vener. ſanct.*

2 Inprimis autem inter effectus † nobilitatis politicæ legitime acquiſitæ ponendum eſt, ꝙ nobilitatis iura & priuilegia nõ ſint mere perſonalia, ita vt cum perſona nobilitata penitus extinguãtur per mortẽ: Sed ea perpetuo in poſteros & liberos itemq; coniugẽ per natiuitatẽ & ſanguinẽ cõtinuentur & propagentur, *vti ex*
3 *præcedẽti cap. ſatis ſuperq; patet* Et h. e. commune † omnib. nobilibus, cuiuſcunq; gradus, adeoq; omnibus, Ducibus, Principibus, Marchionibus, Pfaltzgrauiis, Landgrauiis, Rhenigrauiis, Burggrauiis, Comitibus, Baronibus: hi enim omnes Nobilium generali appellatione comprehenduntur *c. conſtitutis ext. de teſtib. c. grandi de ſuppl. negl. prал. Schrad. p. 1. conſ. 12. n. 155. & conſ. 23. n. 42. & ſeqq. vol. 2.* Quin nec ipſe Imperator ab hoc albo dignitatum & nobilitatis eximẽdus videtur. Nam & ita videmus, appellatione militum, Imperatorem: nomine populi, ſenatum

natum contineri *l.1.de teſtam.mili.§.plebs.Inſt. de iure nat.gent.& ciuili* Pet. Heg *p.1.q.2.n.*10. Adeoq; prædicti, ſub eodem titulo, & in eodem prædicamento nobilitatis erunt, niſi ꝙ gradu aliquo præeminentiæ diſtent & diſcernantur, tanquam caput & membra Imperij, Tiraq. *de nobilit.cap.2.num.*18.*&* 20.*& cap.*32.*numer.*32.& alii allegati à Nobili Heroe Domino Georgio à VVentzkhij & Petersheyda, &c. *in elegãti ſuo tractatu nuper edito,cui titulus eſt,* von dem Schleſiſchen RitterRecht vnd Ehren Gericht/ *de iure & iudicio equeſtri Sileſiæ,pag.mihi* 31.Speciali † vero appellatione nobilium,ij tantum veniunt, præſertim in dubio,qui ſunt infra Barones:& ſimpliciter Nobiles dicũtur. *de quo et alibi dictũ.*Particulariter ſiue ſpecialiter cõpetunt priuilegia alia Imperatori & Regi Romano:alia Electorib.tam Eccleſiaſticis quã ſecularib. itemq; Archiducibus, Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitib. Braonibus: alia vero Nobilib.in ſpecie:quę ante hac à nobis diſtincte & dilucide pertractata ſunt *li.1.de iuriſd. c.1.& aliquot ſeqq.* quo lectorem remitto. Sunt autem etiam priuilegia,itemq; prærogatiuę & immunitates, quæ vniuerſaliter hodie Nobilib.competunt: cuiuſmodi primitus ab Alexandro magno,militib.ſuis poſt primã aduerſus Perſas in Aſia pugnã ad Granicum fluuium, haud dubio conceſſa *Chaſſ.1.part.de armis.conclu.* 10. 4

Et

nem 23.*d.tit.* Ad quod reſpondendum eſt, per adoptionem, quæ eſt modus acquirendæ patriæ poteſtatis, ius ſanguinis conſtitui non poſſe; ſed tamen, quoniam idem effectus eſt in adoptiuis, qui eſt in conſanguineis, inde eſt, vt adoptiui etiam dicantur conſanguinei: atque ita proprie, ratione effectus: ſed improprie ratione cauſæ text. *expreſſus in* §. 1. *Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* vbi Iuſtinianus dicit; per adoptionem quoque ius agnationis conſiſtere, veluti inter filios naturales, & eos, quos pater eorum adoptauit: nec dubium eſt quin improprie conſanguinei appellantur. Improprie, inquit Imperator, ſcilicet ratione cauſæ: at proprie, ratione effectus, vti dictum. Vult. *ad d.*§. 1. ſic in *l. ſi is qui* 44. *de adopt.* quoque dicitur: iura conſanguinitatis adoptione quæri: item cognationem *l.* 1. §. 4. *vnde cognat.*

100 Quod & dignitas † acquiratur per adoptionem, textus ſunt *in l. in omni* 13. *ibi.* patria dignitas quæſita per adoptionem. *l per adoptionem* 35. *ibi.* per adoptionem dignitas non minuitur, ſed augetur *ff. de adopt.* Quin amplius

101 dignitatem per adoptionem quæſitam † propagari etiam in liberos patris plebei à nobili viro adoptati, patet ex *l. liberos* 10. *de ſenatorib. & l. ex adoptiuo* 27. *l. ſenatoris* 5. *& l. ſeq de ſenat.* vbi non tantum dicuntur ſenatoris filii!, qui naturales ſunt, ſed & adoptiui. Præterea non

non refragatur; quod adoptio ex ciue peregrinum, & ex peregrino ciuem non faciat; item quod ciuitatem non mutat, ſed adiicit. Diſtinguendum enim eſt inter dignitatem, & aliam hominum conditionem & ſtatum. Dignitatem patris adfert adoptio filio adoptiuo, non alium ſtatum: excepto eo, qui in patria poteſtate & familia conſiſtit *l. qui ex liberis* 11. § *teſtamento ff de bon. poſſ. ſec. tab.* Bocer. *de regalib. cap.* 2. *num.* 40 Et quamuis adoptio ad hoc tantum ſit inuenta, vt faceret filium, id eſt, hominem ſui vel alieni iuris redigeret in poteſtatem adoptantis, quaſi filium, vel nepotem, vel pronepotem: id tamen tantum abeſt, vt concluſioni huic reſiſtat, vt eam potius confirmet: quippe cum hic quoque patriæ poteſtatis ſit effectus quidam, quod patris dignitatem cum filio communicet *d. l. in omni* 13. *l. per adoptionem* 35. *l. liberos* 10. *de adopt. l. ſenatoris* 5. *& l. ſeq. de ſenat.* Bocer. *d. loc. num.* 40. *in fin.*

Quod & plebeius ſui adoptione, ſi authoritate Principis id agatur, vt plebeius ille omnino ex plebe eat, efficiatur nobilis, probatur *arg. l. ſed ſi hac lege* 10. § *ſed ſi ius ff. de in ius voc.* à Cuiacio *in comment. ad d. lib.* 36. *quaſt. Papiniani & d. conſultat.* 56. & Bocero *d. loc. num.* 41. concedunt plurimi eo caſu, vbi adoptio fit ab auo materno *arg. l. pen.* §. 1. *verſ. ſiquidem*

remaneat C.de adopt.§.2.*Inſtit.eod.* at negatur, de adoptione facta ab extraneo aliquo, puta, eo in quo nulla iura patris naturalis concurrunt, adeoque adoptatum in poteſtate non habet Borch *in* §.*ſed hodie Inſtit.de adopt.* ſiquidem adoptari ab extraneo in adoptantis poteſtate non ſint *l.pen.in pr.* & §.1.*C. de adopt.* & *d.*§.*ſed hodie.* ſed idem ſtatuendum eſſe, quod in auo materno, conatur euincere D.Arumæus *d.theſi 21.fere in fine* §. *cur non igitur.*

Firma itaque erit concluſio, in adoptatum tranſire nobilitatem: adeoque plebeios adoptatos à nobilibus, fieri nobiles: Et huc reſpicit illud Ouidii *lib.4. Faſt.*

Hic ad te magna deſcendit origine menſis,
Et ſit adoptiua nobilitate tuus.

Et ſic ex Cicerone *in orat. pro domo ſua ad Pontifices.* apertiſſime videre licet: filios adoptiuos ſequi conditionem ſtatumque patris adoptiui: vt ſi pater eſſet patricii generis, & filius quoque talis eſſet: & econtrario, ſi plebeii generis, plebeius quoque filius cenſeretur. Ob idque Clodium illum pulchrum ſe in adoptionem P.Fonteio homini plebeio dediſſe, vt Tribunatum plebeis aſſequi poſſet, ad quem magiſtratum non niſi plebei admittebantur.

102 Alia quæſtio eſt: ſi nobilis † ſe det in adoptio-

optionem plebeio, an nobilis eſſe deſinat? Quod adfirmat Cuiacius *dict. conſultat.* 56. ſtatuens, adoptione nobilem fieri ignobilem, ex patricio plebeium, quippe quod mutare genus ſua ſponte cuique liceat, & ſe ſeruum etiam facere: qua ratione ex matrimonio patricii generis, mulier vltro, ſi velit, in plebem tranſeat *l.* 1. *C. de dignit. lib.* 12. *l. fœmina* 8. *& ibi Coſtal. ff. de ſenat.* Gothofred. *in l.* 1. *ff. vnde cognat. lit. V.* Sed contraria † ſen- 103
tentia videtur verior Henrico Bocero *d. cap.* 2. *num.* 43. *& ſeqq. per text. in l. per adoptionem* 35. *ff. de adopt.* vbi traditur: per adoptionem non minui dignitatem, ſed augeri. Concordat textus *in l. ſenatoris* 6. §. 1. *& l. ſeq. in princ. ff. de ſenatorib.*

Huic ſententiæ obiicitur: primo, † quod 104
mulier patricii ſiue nobilis generis tranſeat in plebem, & amittat nobilitatem, ſi nubat plebeio viro *l.* 1. *C. de dignitatib. lib.* 12. *l. fœmina* 8. *ff. de ſenatorib.* ſed exinde male infertur, & non probatur, quod probandum venit, quod nimirum nobilis in adoptionem datus plebeio, amittat nobilitatem. Quod enim mulier nobilis, nubens viro ignobili, amittat nobilitatem, id ita iure conſtitutum eſt *dict. l.* 1. *d. l. fœminæ.* At nobilitatem amitti, eo ipſo quod quis à plebeio adoptatur, id eo vſque negatur, donec expreſſa lege

contrarium probatum fuerit. Certi enim ſunt modi conſtituendi, certi itidem ſunt modi amittendi, & vltra eos modos nobis non licet ſingulares fingere *tot. tit. Inſt. quib. mod. pat. poteſt. ſolu. item quib. modis tutela finitur. quib. modis obligatio finitur. cum ſimilib.* Deinde quod mulier nobilis, ſi nubat plebeio, deſinit eſſe nobilis, id ex eo fit, quod mulier de familia viri eſt, non patris ſui *l. quicunque 10. vbi Bart. Cod. de re milit. lib. 12. l. pronunciatio 195. §. mulier autem vbi Godd. de verb. ſign.* Quæ ſolutio eſt Boceri *d. cap. 2. n. 45.*

Secundo obiicitur: quod pater & filius etiam † adoptiuus cenſentur eſſe vna & eadem
105 perſona *l. vlt. in fin. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Ergo ſi pater eſt plebeius; erit etiam filius adoptiuus plebeius. Sed ad id reſpondendum eſt, itidem eſſe malam conſequentiam. Nam ꝙ dicitur, patrem & filium eſſe vnā & eandem perſonam; id intelligendum eſt de patre & filio naturali; cum filius ſit naturalis pars viſcerum patris: ꝙ de filio adoptiuo dici nō poteſt, ſed neque dum filius naturalis vere eſt vna & eadem perſona cum patre, ſed fictione iuris duntaxat. Et hinc Imperator Iuſtinianus *in l. vlt. C. de impub. & aliis ſubſtit.* ait: quod pene intelligantur eſſe eadem perſona, pater & filius. Et in §. *ei vero Inſtitut. de inutilib. ſtipulat.* dicit: filii vocem, tanquam patris intelligi. Quin am-

amplius,in quibuſdam tantum,pater & filius cenſentur eſſe vna & eadem perſona,non ſemper & in omnibus Bartol.*in l. ſi dubitetur.* §. *filiusfamilias. ff. de fideiuſ.* Vnde eſt quod filius non teneatur pro patre, neque pater pro filio *tot.tit.C.Ne pater pro filio Mynſ.1. obſ.29. Matth. de Afflict. deciſ.*308. Idem quod patris poſſeſſio filio prodeſſe non poſſit: & quod filius patre viuente in bonis ipſius nullum omnino ius habeat *l.* 1. §. *largius ff. de ſucceſſ. edict.* Et quod immobilia ſiue feuda patris non proſint filio,quoad ſatisdationem,concludit Coſtalius *in l. ſciendum* 15. *Qui ſatiſd.cog.*& denique quod filius,ſpem duntaxat poſſidens, viuente patre poſſeſſore feudi,nō releuetur à cautione. cum quoad effectum nihil adhuc poſ[illegible]eat *d. l. ſciendum* ita contradictorio iudicio [illegible]tentum ſe ſcire dicit Treutlerus *volum.* 1. *diſp.* 5. *conclu.* 3. *in fin.*

Tertio obiicitur,quod † homo liber maior viginti annis, ſi ad precium participandum ſeſe venundari paſſus ſit, efficiatur ſeruus iure ciuili §. *penult. Inſtitut. de iure perſ.* Sed nec hoc ſtringit. Liber enim homo, ob exigui lucri participationem in turpiſſimam ſeruitutem,ſe ipſum vendendo,coniiciens, facit rem de iure illicitam, adeoq; ſeipſum libertate indignum iudicat,& ſeruitutem pro pœna induit:in tantum vt parentes vel conſanguinei ita ſeipſum 106

G 5 ven-

vendentem non poſſent vendicare, vel per officium iudicis repetere *l.7. §. 2. de capit. minut.* Dixi *cent.1. quæſt.27.* At qui ſe in adoptionem dat plebeio, non facit rem de iure illicitam, adeoque eius nomine pœnam non patitur. Deinde liber fit ſeruus ſua ſponte, & ideo contrahit, vt ſeruus fiat: at Nobilis qui plebeio ſe dat in adoptionem, filius quidem plebei eſſe deſiderat: Sed non vult nobilitatem amittere Bocer. *d. loc. numero* 45. *§. quod dicitur.*

Quarto opponitur exemplum Clodij, qui ſe dedit adoptandum Fonteio homini plebeio, vt patriciatus dignitate ſe exueret, & plebeius fieret. Sed exemplis non eſt paſſim vtendum in finiendis cauſis: ſed magno admittenda iudicio *c. monomachiam 2. quæſtio. 4. c. multi ædificant 12. quæſt. 2. cap. ſi quis vetus 20. quæſt. 2. c. non exemplo. de conſecrat.* Hinc non exemplis, ſed legibus iudicandum eſſe inquit Iuſtinianus *in leg. nemo iudex Codic. de interloc. iud.* Et denique licet Clodius noluerit amplius eſſe patricius, attamen reuera ex iuris ſententia patritium manſiſſe, tradit Obrechtus, quem ſequitur Bocerus *d. loc. numer.* 45, *in fin.*

Et hucvſque in quos deriuetur nobilitas.
108 vbi hoc duntaxat addo: quod † nobilitas parentum deſcendat etiam in filios furioſos & demen-

dementes, qui parentum ac mentis compotes nobilitatem retinent, vt dicit Bartolus *in d. l. 1. verſicul. ſciendum eſt ergo Codic. de dignit lib. 12. per l. cæcus & l. cum furioſis. ff. de iudic.* Imo poſſunt etiam huiuſmodi furioſi & dementes recenter à Principe nobilitari, ſec. Tiraquellum *capit. 6. num. 34. verſ. ex quibus etiam. & capit. 15. n. 4.* Nunc ad effectus Nobilitati acquiſitæ progrediendum eſt.

CAPVT VI.

De prærogatiuis, priuilegiis & immunitatibus nobilitatis.

SVMMARIA.

1 *Nobiles multis gaudent priuilegiis & immunitatibus. n. 16.*

2 *Nobilitatis iura non ſunt mera perſonalia ſed in poſteros continuantur.*

3 *Generali appellatione nobilium veniunt etiam Duces, Comites, &c.*

4 *Speciali veniunt tantum illi qui ſunt infra barones.*

5 *Nobilibus tantum conceduntur inſignia cum apertis galeis.*

6 *Alterius inſignia doloſe vſurpans tenetur iniuriarum.*

7 *Solus Imperator concedit inſignia & de iis ſtatuit.*

8 Regum

8 Regum & principum inſignia rebus priuatis priuata authoritate imponi non poſſunt.

9 Nobiles habent prærogatiuam præ aliis in veſtitu, & in ſeſſionibus n. 10.

11 Fama non poteſt cum cæde alterius defendi.

12 Et nobilis & ruſticus fugere debet ſi fuga ſibi poſſit conſulere.

13 Vxores nobilium non tenentur marito lauare caput, pedes, &c. vt plebeiorum.

14 Nobiliſſa tenetur lactare proprios liberos.

15 Nobiles habent eminentiores titulos.

17 Nobiles præſumuntur virtuoſi & maioris fidelitatis n. 21.

18 Nobilis teſtimonium præfertur teſtimonio plebei. num. 19.

20 Promiſſio bey Adelichen Ehren / obtinet vim iuramenti corporalis.

22 In beneficiis & dignitatibus Eccleſiaſticis nobiles plebeis præferuntur.

23 Comparantur tamen illis Doctores.

24 Exercere libertatem proprium eſt Nobilium.

25 Nobilibus non competunt priuilegia militum circa teſtamenta niſi militent.

26 Pacta de futura ſucceſſone inter viros nobiles & illuſtres valent.

27 Nobiles in ſuis villis habent iuriſdictionem aliquando merum & mixtum Imperium.

28 Non habent regalia.

29 Sunt

29 *Sunt tamen capaces iuris patronatus.*
30 *Nobiles à muneribus excuſantur. n.* 31.
32 *Vaſallus propter feudum à domino non poteſt collectari.* 33.
34 *Niſi extrema in neceſſitate n.* 35. 37. 38.
26 *A collectis Turcicis Imperator non poteſt immunitatem concedere.*
39 *Nobiles pro bonis illis quæ à ruſticis acquiſiuerunt contribuere coguntur.*
40 *Nobilis propter delictum non poteſt incarcerari.*
Nec torqueri: niſi in delictis grauioribus numero 42. 43.
44 *Poſſunt tamen interrogari & verbis terreri.*
45 *Nobiles in pœna corpori infligenda mitius plebeis tractantur. n.* 49. *aliquando tamen grauius.* 47. 48. 50.
46 *Nobiles à quibuſnam pœnis plane ſunt immunes.*
51 *In pœnis ordinariis nobiles æque vt plebei puniuntur.* 52.
53 *Nobiles in criminalibus poſſunt agere per procuratorem.*

NObilitas non eſt res de nihilo: Sed habet ea illuſtres ſuos effectus. Nobilitatem enim † ſiue iura nobilitatis habentes, tum iure 1
communi, tum conſuetudine, tum ſtatuto vel ſpeciali lege, certis prærogatiuis, priuilegiis, immu-

natum contineri *l.1.de teſtam.mili.§.plebs.Inſt. de iure nat.gent.& ciuili Pet. Heg p.1.q.2.n.10.* Adeoq; prædicti, ſub eodem titulo, & in eodem prædicamento nobilitatis erunt, niſi ꝙ gradu aliquo præeminentiæ diſtent & diſcernantur, tanquam caput & membra Imperij, Tiraq. *de nobilit.cap.2.num.18.& 20.& cap.32.numer.32.*& alii allegati à Nobili Heroe Domino Georgio à VVentzkhij & Petersheyda, &c. *in elegãti ſuo tractatu nuper edito,cui titulus eſt,* von dem Schleſiſchen Ritter Recht vnd Ehren Gericht/ *de iure & iudicio equeſtri Sileſiæ,pag.mihi* 31.Speciali † vero appellatione nobilium,ij tantum veniunt, præſertim in dubio,qui ſunt infra Barones:& ſimpliciter Nobiles dicũtur. *de quo & alibi dictũ.*Particulariter ſiue ſpecialiter cõpetunt priuilegia alia Imperatori & Regi Romano:alia Electorib.tam Eccleſiaſticis quã ſecularib. itemq; Archiducibus, Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitib. Braonibus: alia vero Nobilib.in ſpecie:quę ante hac à nobis diſtincte & dilucide pertractata ſunt *li.1.de iuriſd. c.1.& aliquot ſeqq.* quo lectorem remitto. Sunt autem etiam priuilegia,itemq; prærogatiuę & immunitates, quæ vniuerſaliter hodie Nobilib.competunt: cuiuſmodi primitus ab Alexandro magno,militib.ſuis poſt primã aduerſus Perſas in Aſia pugnã ad Granicum fluuium, haud dubio conceſſa *Chaſſ.1.part.de armis.conclu.10.* 4

Et

boſcrib. Bartol. *d. loc.* Quod ſi vero quis inſignia authoritate propria aſſumpſerit, & poſtmodum ſaltem ei à Principe cōcederetur nobilitatis dignitas, non eſt neceſſe, vt ei noua concedantur inſignia, ſed ſufficiunt priora: licèt ea contra legis vel ſtatuti prohibitionem vſurpata ſint *arg. c. quod quidam* 1. *quæſtio.* 1. *leg. ſi quis filio.* §. *irritum verſ. qua ratione ff. de iniuſt. rupt. Ludo. Roman ſingul.* 72. *Bon. de Curtil. pag.* 3. *numer.* 173. *& ſeqq.* Tiraquell. *capit* 6. *numer.* 12. *& ſeqq.* vt autem † ſolus Princeps concedit 7
inſignia gentilia, vulgo arma Wapen / quæ rerum geſtarum ſigna continent, de quorum origine Lipſius *in lib de militia Roman.* Budæus *in leg.* 2. *de orig. iuris* Chaſſanæus *de gloria mundi pag.* 1. *conſider.* 28 *concl.* 10. Ita etiam de eorum coloribus & diſpoſitione ſtatuere ad eundem Principem pertinet *Chaſſa. d. p.* 1. *conſid.* 59. *& ſeq.*

Sicut ergo ipſæ familiæ in ſingulis ordinib. hominum: ita quoque ordines & dignitates inter ſe ex inſigniis diſtinguuntur. Sic olim certa & peculiaria fuerunt Proconſulum & legatorum inſignia *leg.* 1. *de offic. Proconſ. & legat.* Hodie itidem ſunt quædam certa inſignia ſingularis dignitatis, quibus vtuntur Imperatores, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites. Sunt item certa inſignia dignitatis ſeu officij in vniuerſo, vt Epiſcoporū, Rectorum,

Doctorum & ſimilium, quibus quilibet in dignitate illa conſtitutus vti poteſt *d l. 1. de offic. proc. l. ſanctum. de rer. diuiſ. Bart. in tract. de armis & inſign.* Sunt quoque certa inſignia familiarum in nobilitate: quæ nulli extraneo impune vſurpare licet *l. cum precum C. de liber. cauſ. d. l. ad recognoſcendum. Chaſſ. d. l.*

Et quidem Nobiles vel habent ſua inſignia longa ſerie & proſapia prædeceſſorum: vel ex ſpeciali conceſſione Principis, qui dum nobilitatem cõfert, ſimul etiã inſignia addere ſolet *Chaſſ. d. conſid.* 38. licet per ſe nobilitatem non conferant *Thom. Horner. in reſp. de nobilit.* §. **Aber ſo einem von dem Keyſer/&c.**

Denique, cum noſtra inſignia nõ poſſimus imponere rebus alienis, neque aliena noſtris *l. 2. C. vt nemini liceat ſine iud. author. arg.* §. 5. *Inſt. qui teſtam. fac. poſſ.* proinde & multo minus Re-
8 gum, † Principum, aliorumque magnatum & potentiorum inſignia, rebus priuatis abſque authoritate iudicis affigi poſsunt *l. 1. C de his qui potent. & tot. tit. C. vt nemo priuatus Nou. de mand. cap.* 15. niſi acceſſorie hoc fieret, pro argumento ſubiectionis *Bart. d. tract. de armis. n. 2.*

9 Præterea in veſtitu † & habitu quoque habent prærogatiuam Nobiles, præ aliis. *iuxt. l. obſeruand. ff. de offic. præſ. tot. tit. C. de veſtib. holoſ. & aur.* Sic olim apud Romanos aurea bulla, & aureus annulus, Nobilium inſigne fuit: lorũ vero ple-

ro plebeiorum, vt tradunt Aſconius Pedianus *orat.3.in Verrem* & Plinius *lib.33.c.* 1. Apud Germanos, viri nobiles, non fluctuante veſte, ſed ſtricta; & ſingulos artus exprimente vtebantur: cæteri ſagis cum fibula, teſte Tacito *in lib. de morib. Germ.* Tiraquell. *de nobilit. cap.37. num.* 160. *& ſeq.* Hodie autem ex peruerſa conſuetudine, & nimia hominum luxuria, conniuentia ſuperiorum, eo res, proh dolor, deuenit, vt vix inter plebeium & nobilē diſcerni poſſit: quod equidem dolendum magis quam approbandum eſt: vt non immerito Albericus *in l.* 2. *C. Quæ res vendi non poſſ.* aduerſus diuites populares exclamet, quod ſe & vxores in veſtibus æquales honoratioribus faciant *contra tex. d.l.2.*

In ſeſſionibus† & ſalutationibus, aliiſq; id 1 genus honorantiis, itidem debetur prærogatiua Nobilib. *l. ad ſubeunda C. de decurionib. l. ad honor. ff. eod. l. 2. l. 3. C. de offic. diu. iud. l.* 1. *C. de offic ciu. iud. l. 3. §. ſedendi C. vbi ſenat. vel clariſſ. l. 1. &* 2. *C. vt dign. ordo ſeru. lib.* 12. *Bon. de Curt de nobilit. pag.* 5. *num* 34. *&* 79. digniores enim altiori loco ſedere debent §. *aliam vbi gl. de bon. poſſ. l. petitiores Cod. de offic. Rect. prouinc.* Adeo vt niſi hoc fiat, & quis nobiliori & digniori cedere nolit, ille non ſolum officio iudicis prohiberi, ſed etiam pro defenſione honoris actioni iniuriarum aduerſus eundem locus ſit *l. iniuriarum* 15. *§. ſi quis ff. de iniuriis.* Et quod dignior contra

minus dignum ſuper honore præcedendi & aliorum actuum dignitatis & præeminentiæ, agere poſſit iniuriarum, tenuit Bald *in l. obſeruare §. antequam. ff. de offic proconſ.* Qui amplius etiam contendit: licere reſiſtere armata manu, & de facto, ſi aliquis in prærogatiuis debitis impediatur & perturbetur: Cum, vt ille ait, nemo teneatur iniuriam pati, aut proprij honoris parui penſionem & vilipendium: maxime ſi aliquis ſit in quaſi poſſeſſione præeminentię ratione conſuetudinis exiſtentis in loco: Ceſſante vero conſuetudine, ſuperiori incumbere aſſignare loca, & præeminentiæ ſigna conſtituere, ſecundum perſonarum dignitatem. Idem tenet Vaſquius *illuſt. contr. ca. 18. n. 16.* At contraria ſententia Ioan. Fabri *in §. aliam Inſtit. de bon. poſſeſſ.* & Georgij Obrechti *in tract. de neceſſaria defenſione c. 9. n. 7. & ſeqq.* iuri & æquitati magis conſentanea eſſe videtur: Nam iniuria
11 noſtræ exiſtimationi † illata, extra iudicium recriminando ſiue retorquendo repelli, & in iudicio actione iniuriarum vindicari poteſt *l. quæ omnia 5. §. 1. de procurat. & tot. tit. ff. de iniur.* Imo nemo ſe cum cæde alterius defendere poteſt, ſi ſe aliter tueri queat *l. ſciendum 45. §. qui cum aliter ff ad L. Aquil.* At fama & exiſtimatio ſine cæde alterius defendi poteſt, vti modo dictum, ergo. Nec ſequitur: Quiſque ſuam famam & exiſtimationem integram cō-

ſerua-

ſeruare, & non minus ac vitam defendere debet: Ergo poteſt eum, qui exiſtimationem lædit occidere. Nam, vti dictum, iniuriatus ſe aliter tueri poteſt. Vbi autem alia defenſio præſto eſt, ibi violenta defenſio non meretur excuſationem *d.l ſcietiā* 45.§. *qui cum aliter.* quia non eſt defenſio, ſed vltio, quæ iure prohibita eſt. *Obrech.d loc.* & Bocerus eleganter *in tract.de duello lib.*2.*cap.*8.*nu.*10. Opinio autem Baldi & Vaſquii procedit eo caſu, quo ope iudiciali & per legitimos tramites calumniantium iniquitates expelli & vindicare nequeant *l.vt vim ff de iuſt.& iure d.l ſcientiam* §.*qui cum aliter Bocer. de duello lib.* 2. *c.*8.*n.*10. tunc forte conſultius eſſet, in tempore potius occurrere, quā poſt vulneratam cauſam remedium quærere *vt dicitur in l vbi C.vbi in quib.cauſ.reſtit.non eſt neceſſ. l.*1 *C. Quando lic. vnicuiq; ſe vindic.* Secus vero, quando copia iudicis haberi, & iniuria illata legitimis mediis per magiſtratum ita vendicari poteſt, vt perſona læſa per publicam vindictam illęſa credatur *d.l.vt vim.d.l.ſcientiam.*§.*qui cum aliter.*

Ex eo autem quod dictum: inferiorem ſiue plebeium, cedere debere viro nobili, quidam inferunt: Si ruſticus à viro nobili inſultaretur, quod ruſticus nobili cedere, ſiue eum fugere debeat, ſi abſq; periculo hoc poſſit: è cōtrario vero, ſi vir nobilis à ruſtico inſultaretur, & no-

bilis ruſticum occidat, cum fugere nobilis poterat, eum nobilem non debere puniri pœna ordinaria homicidii: eo quod cedere turpe ſit homini nobili, & contra eius honorem *Bald. in c. 3. n. 16. de pace ten. in vſib. feud. Bart. in l. vt vim n. 10. de iuſt. & iure Tiraq. de nobilit. c. 10 nu. 63. relati ab And. Gail 2. obſ. 100. n. 7. & ſeq.* Sed non videtur conſtituenda differentia in hoc caſu inter nobiles & plebeios. Et idcirco dicerem, indi-
12 ſtincte † omnes fugere teneri, ſi commode fuga ſibi conſulere poſſint. Tum quia vtrobique eadem eſt ratio: tum quia legum authoritas non diſtinguit inter nobiles & plebeios. Vbi autem eadem eſt ratio, ibi idem ius. Et vbi ceſſat legis diſtinctio, ibi etiam hominis ceſſare debet. Tum quia defenſio contra vim eſt iuris naturalis & gentium: proindeq; cum omnib. hominibus communis, ac nobili non magis quam plebeio concedenda. Et quamuis nobilibus ex fuga quædam macula vulgi opinione inuri credatur: ea tamẽ certe leuior eſt, quam vt conſiſtendo & aduerſarium necando pulſetur & repellatur: Imo conſcientiæ tutius, hominiq; Chriſtiano dignius cenſendum, potius cum leui & vana populari infamia pugnam fugiendo detrectare, quam dubia vel etiam certa pugnare victoria. Felix enim ille eſt, qui nec legitime, nec illegitime aliquem occidere cogitur; imo leue honoris detrimentum potius

pati

pati laudabilius erit, quam ex leui cauſa in necem hominis nequiter conſpirare *l. iniur.* 13. §. *ſi quis de honorib. ff. de iniur. c. quod Dauid. q. 4. Tira. d. c.* 20. *n.* 64. Et recte exinde ſuperiora quoad homicidium magis politice quam Chriſtiane diſputari, notat Gail. *d. obſ.* 100. *n.* 8. *in fin.* late hanc ſententiam defendit, contra alios Bernh. Græuæus *concl. pract.* 110 *conſid.* 1. *n.* 27. *& ſeqq.* In eo quoq; nobilium præeminentia † conſpicitur: quod vxor plebeia teneatur marito lauare caput pedes: cibos parare, lectum ſternere, & ſimilia præſtare, quæ omnia in vxorib. Principum & nobilium dedecori eſſe cenſentur *l. interdum ff. de oper. liber.* Omnino tamen tenetur † nobiliſſa ipſa liberos ſuos lactare. Et quamuis de cõſuetudine videamus fieri, quod hoc per ſubſtitutas nutrices expediant: ſed tamen vt quæ facta eſt mater, eadem quoq; lactare poteſt, adeoq; ipſa quoque nutrix fieri non dedignetur, naturali iuri conueniens eſt *c. ad eius vero. diſt.* 5. *Tira. de nobil.* Inſigniũtur quoque Nobiles † præeminentib. titulis quibuſdã, præ aliis plebeis: & dicuntur alii generoſi, alii nobiliſſimi & ſtrenui. *Dan. lib.* 2. *polit. Chriſt. c.* 6. Germanice Edle/ Strengſeu Geſtrenge/ ſecũdum latinorũ ſtrenuum: Græcorumq; ϛρηνία, quorũ alterũ fortitudinẽ, & ad res gerendas prõtitudinem: alterũ magnũ quid acutũ ac manifeſtũ ſignificat. Solẽt tñ & debent nõ indiſtincte oẽs

13 (beside "conſpicitur"), 14 (beside "tenetur †"), 15 (beside "præ a-")

Strenui ſiue Geſtreng indigitari: ſed illi præſertim, qui ſunt ex maiori & præclariori proſapia, & familia: vel alias in officiis, dignitatem annexam habentibus, conſtituti ſunt, vt ſunt in Germania Locumtenentes Principũ Statthalter: Item præfecti aulæ, Hoffmeiſter: Mareſcalli, & Cancellarij Principum: nam & hos egregiis perſonis adnumerat Tatius *in tract. de Cancellariis in princip.*

16 Quin & nobili quoque datur locus † ſedendi in iudicio *l. 3. § ſedendi C. vbi ſenat. vel clariſſ. l. 1. & 2 C. vt dignit. ordo ſeru. Curtil. de nobil p. 5. nu.* 35. Eorum facta maiori ſolennitate peragũtur *l. vlt. §. ſed cum antiquitas vbi Salicet. C. de curat furioſ.* Non ipſi cogendi domo relicta alios adire, ſed ad eorum domum accedendum. *l. pen. §. fin. de cond. & demon.* Non coguntur ire pedes *Gail. 2. obſ. 99. n. 4. Tiraq. d. c. 20.* In alimentis cõſtituendis, in priuilegiis, ne quis vltra quã facere poteſt, teneatur *l. cum vnus § alimenta ff. de alim. leg l. Nepos Proculo ibi gl. de verb. ſign.* Itemq; in ſumtib. & expenſis faciendis, ratio quoque nobilitatis habenda eſt *l. in patrẽ 21. l. ſi quis 12. §. pen. de relig. & ſumt. fun.* Quin & pompa funebris ſplẽdidior eſſe ſolet *l. ſed etſi quis 14. §. hæc actio 6. & §. iudicẽ 10. de relig. & ſumt fun. Gail. d. obſ. 22. n. 4* itemq; legata propter dignitatẽ augentur, adeoq; vſus iis relictus, vberius eſt interpretãdus *l. plenum §. præter habitation. verſ. & ex iis ff. de vſu & ha-*

& habit.l.ſed etſi ſuſceperit §.ſed etſi proponat ff. de iudic. l. ſi ſeruus plurium §. vlt. de legat. 1. Tiraq. *cap.*20.*n.*153. Pater etiam nobilis tenetur alere filium ſuum, etiamſi manibus ſibi victum quærere poſſit; cum indecens ſit, ei ſeruilia opera tractare. Imo honeſte & ſalua dignitate non cenſetur ea facere poſſe *l. nepos ff. de verb. ſign.* quod itidem priuilegii loco eſt Curtil.*de nobilit.p.*5.*n.*66.*Paul.de Citadin.de iure patron p.* 6.*artic.*4.*num.*5. cum alias pater non teneatur alere filium, qui ſuis manibus victum ſibi quærere poteſt *l.ſi quis à liberis §.ſed ſi filius ff.de lib.agnoſc.*

Nobilium priuilegia quædam † conſiſtunt 17
in præſumptionibus; quia nimirum maior præſumptio virtutum, integritatis, & innocētiæ ſtat pro nobili, quam pro plebeio *l.ſi à bona fidei ff.de rei vendicat.* Tiraq. *cap.*20.*n.*20. & nobilitas generis excludit & remouet omnem ſuſpicionem criminis falſi Grammat. *conſil.*33. *n.*16. Similiter in nobilibus præſumitur ſimplicitas, amor nempe recti, & veri, qui fraudi opponitur iuxt. text. *in c. ex mente* 6. *quæſt.*1.*c.ſi cupis* 16.*quæſt.*1. Schrader.*de feud.*2.*p feud* 9.*part. princip.ſect.*12.*n.*19. Hinc eſt, quod etiam fœminæ nobilis teſtimonio ob nobilitatem generis maior habetur fides, quam viro plebeio Tiraq.*cap.*20 *n.*33. quamuis alias in teſtimonio dicendo, viri præferantur fœminis *l. in te-*

ſtibus & ſeqq. de teſtib. Specul. de teſt. §. poſtquam. verſic. primo. Et generaliter traditum eſt, quod
18 teſtimonium † nobilium ſemper præcellat: nulla facta diſtinctione inter nobilitatem maiorem & minorem, notat Herm. Vulteius *conſ. 15. n. 201. & ſeqq. vol. 1. conſil. Marpurg. per gl. in l. 3. in verb. plebeio ff. de teſtib. & in c. item teſtium 4. quæſt. 3.* Quod tamen multo magis procedit in iis, qui ſunt cõſtituti in nobilitate ſumma, quales ſunt reges, Marchiones, Duces, Burggrauii & Principes: quippe cum hi pro ſe habeant maiorem præſumptionem virtutis, integritatiſque, & in illis magis ceſſet omnis ſiniſtra ſuſpicio ſimulationis, doli & fraudis Schrader. *d. ſect. 12. n. 19.*

19 Quo nobilior itaque quis eſt, † eo magis illi creditur Weſenb. *conſil. 106. num. 17.* Et ſic quoque nobilioribus etiam paucioribus magis creditur, quam plebeis, ruſticis ac vilibus perſonis pluribus *gl. in l. 3. verb. plebeio. per illum text. ff de teſtib. Speculat. d. tit. de teſte §. poſtquam. verſ. porro* Tiraq. *cap. 20. n* 38. Godd. *conſil. 28. n. 49. vol. 2. conſil. Marpurg.* Mynſ. *reſp. 43. num.* 10. *decad. 5.*

Quin & ea prærogatiua vtuntur nobiles, quod illis ſingulis ſeorſim defertur iuramentum, ſi nobiles cum ruſticis in teſtes producãtur. Quod tamen vrbanitatis potius, quam neceſſitatis eſſe, notat Rutger Ruland. *in tract. de com-*

*de commiſſ.p.2.cap.*12.*n.*13. corporaliter tamen iurare tenentur nobiles, niſi partes hoc illis remittere velint Gail.1.*obſ.*101. Notabile autem eſt, quod nobiles & illuſtres perſonæ in regno Bohemiæ, & Archiducatu Auſtriæ, ex ſingulari priuilegio non tenentur comparere perſonaliter ad perhibendum teſtimonium; ſed per ſcripturam ſub fide ſua, abſque corporali iuramento deponant, & depoſitionem deſignatam iudici examinis tranſmittãt, vnter jhrer Pittſchafft vnd Handtſchrifft. Item quoque in Bauaria, & aliis locis receptum, teſtatur Andreas Gail *d. obſ.*101.*n.*14.

Nobilitas itaque interdum facit, vt ſimpliciter aſſerenti fides habeatur *c.nobiliſſimus diſt.* 17.*arg.l.pupillus ff.de author.tut.* quia fidei ſunt obſeruantiſſimi Menoch. *de præſumpt. præſumptione* 59.*n.*2. Hinc eſt, quod † promiſſiones 20 nobilium, ſub nobilitatis fide bey Adelichen Ehren vnd Glauben factæ, in contractibus, in renunciationibus, vim corporalis iuramenti obtineant & pro impletis habeantur *c. ad aures de his quæ vi metuſve cauſ.* Mynſ.1.*obſ.*17. Gail. 2.*obſ.*59. Weſenb.*conſ.*52.*n.*22. Et in Germania receptum eſſe conſuetudine, quod literis ſigillatis, ſigillis nobilium, & aliorum bonorum virorum, in præiudicium illorum atque heredum, quorum ſigilla ſunt, indiſtincte plena fides adhibeatur, atteſtatur Hennin. Goed.

conſil.

*conſil.fin.n.*7. & poſt eum Schraderus *conſil.*37. *num.*36.

21 Præterea Nobiles quoque cenſentur † fideliores plebeis. Vnde nobilis non præſumitur prodere ſuum Dominum ſiue Principem Curtil.*d.p.*5.*n.*56.Alciat.*de præſumpt.reg.*1.*præſumpt.*48 *in princ.* Vnde in rebus arduis adhibetur,*l.*1.*C.de conduct.in pub.hor.lib.*10.eoſq; lateri ſuo potius adiungit, quam plebeios *l.omnium circ.pr.de teſtib.* præficit officiis ſecularibus *Nou.*15.*in pr.& cap.*1.*& cap.*6.*in fin. l.honor* §.*de honoribus.ff. de munerib. & hon. l. honores* §. *is qui ff.de decur.*legationibus præclare obeundis *l.ſciendum* §.*ordine ff.de legationib c.Apoſtolicæ,poſt princ.de re iudic* Tiraq.*cap.*20.*n.*45.

22 In beneficiis aliiſque dignitatibus † Eccleſiaſticis nobiles quoque præferuntur ignobilioribus *c.non ſatis.diſt.* 86. *gl. in c. vlt. de pœn.* quod adeo verum eſt,vt ad obtinendam multitudinem beneficiorum ſolam nobilitatem ſufficere , tradat Innocentius *in c. dudum. de elect.*Cæſar Lambertinus *in tract.de iure patron. artic.*9.*quæſt.*5.*princ.p.*3.*lib.*2. vbi hoc addendum eſt : vti in aliis nobilitati conceſſis priuilegiis pleriſque , ita & in beneficiis obtinen-
23 dis Nobiles † & Doctores æquiparari Tiraq. *cap.*5.*n.*5. Sic namque in diœceſibus quibuſdam conſtitutum eſt; ne quiſquam ad beneficia Eccleſiaſtica percipienda admittatur , niſi

ſit No-

num.100. Rol. à Valle *conſil.89.n.24.vol.1.* Et ſic Antonius Peregrinus expreſſe dicit; priuatos regalium incapaces eſſe *lib.7. de iure fiſci tit.3.n.20.* ſi tamen nobiles Imperio mediate ſubiecti, ſpeciem aliquam regalium, quocunque titulo legitimo ſibi acquiſiuerũt V.G. ius vectigalium, venationis, vel ſimile quid; id habent non vt regale vel regalem dignitatem, ſed ius quoddam in regalibus, vt emolumenta inde percipiant Sixtin. *d.cap.4.n.101.in fin.* & ſi eiuſmodi ius immemoriali tempore poſſederint, vtiq; in poſſeſſione ſua defendendi ſunt: quãuis iura illa vt regalia, quorum incapaces ſunt, non poſſideant *c. licet Epiſcopus. de præb. l. cum fundum ff. de vi & vi* ... Et ita intelligo Dd. pleroſque adnumerantes nobiles illis qui regalia habent. Weſenbec. *conſil.60. num.30.* Pruckmannum *cap.4. de regalib.n.34.* Vulteiũ *de feud.lib.1.cap.5.n.7.* Decianum *reſp.2.n.164. lib.1.* relatos à Sixtino *lib.1. de regalibus cap.4.nu.92.* vbi itidem agit de Nobilibus immediate Imperio ſubiectis: Bocerus *in tract. de regalib. cap.5.n.5.§. nec quicquam.*

Quin autem iuris Patronatus † capaces ſint Nobiles, non dubitatur. Sic namq; videmus Nobiles plerunque ius patronatus habere in prædiis & Eccleſiis ſuis: vigore cuius, poteſtatem habeãt, nominandi & vocandi aliquẽ in vacantem locum Eccleſiæ; quem tamẽ iidem 29

Doctorum & ſimilium, quibus quilibet in dignitate illa conſtitutus vti poteſt *d l. 1. de offic. proc. l. ſanctum. de rer. diuiſ. Bart. in tract. de armis & inſign.* Sunt quoque certa inſignia familiarum in nobilitate: quæ nulli extraneo impune vſurpare licet *l. cum precum C. de liber. cauſ. d. l. ad recognoſcendum. Chaſſ. d. l.*

Et quidem Nobiles vel habent ſua inſignia longa ſerie & proſapia prædeceſſorum: vel ex ſpeciali conceſſione Principis, qui dum nobilitatem cõfert, ſimul etiã inſignia addere ſolet *Chaſſ. d. conſid.* 38. licet per ſe nobilitatem non conferant *Thom. Horner. in reſp. de nobilit.* §. Aber ſo einem von dem Keyſer/&c.

Denique, cum noſtra inſignia nõ poſſimus imponere rebus alienis, neque aliena noſtris *l. 2. C. vt nemini liceat ſine iud. author. arg.* §. 5. *Inſt. qui teſtam fac. poſſ.* proinde & multo minus Re-
8 gum, † Principum, aliorumque magnatum & potentiorum inſignia, rebus priuatis abſque authoritate iudicis affigi poſſunt *l. 1. C de his qui potent. & tot. tit. C. vt nemo priuatus Nou. de mand. cap.* 15. niſi acceſſorie hoc fieret, pro argumento ſubiectionis *Bart. d. tract. de armis. n. 2.*

9 Præterea in veſtitu † & habitu quoque habent prærogatiuam Nobiles, præ aliis. *iuxt. l. obſeruand. ff. de offic. præſ. tot. tit. C. de veſtib. holoſ. & aur.* Sic olim apud Romanos aurea bulla, & aureus annulus, Nobilium inſigne fuit: lorũ vero ple-

ro plebeiorum, vt tradunt Aſconius Pedianus *orat. 3. in Verrem* & Plinius *lib. 33. c. 1*. Apud Germanos, viri nobiles, non fluctuante veſte, ſed ſtricta; & ſingulos artus exprimente vtebantur: cæteri ſagis cum fibula, teſte Tacito *in lib. de morib. Germ.* Tiraquell. *de nobilit. cap. 37. num. 160. & ſeq.* Hodie autem ex peruerſa conſuetudine, & nimia hominum luxuria, conniuentia ſuperiorum, eo res, proh dolor, deuenit, vt vix inter plebeium & nobilẽ diſcerni poſſit: quod equidem dolendum magis quam approbandum eſt: vt non immerito Albericus *in l. 2. C. Quæ res vendi non poſſ.* aduerſus diuites populares exclamet, quod ſe & vxores in veſtibus æquales honoratioribus faciant *contra tex. d. l. 2.*

In ſeſſionibus† & ſalutationibus, aliiſq; id 1 genus honorantiis, itidem debetur prærogatiua Nobilib. *l. ad ſubeunda C. de decurionib. l. ad honor. ff. eod. l. 2. l. 3. C. de offic. diu. iud l 1. C. de offic ciu. iud. l. 3. §. ſedendi C. vbi ſenat. vel clariſſ. l. 1. & 2. C. vt dign. ordo ſeru. lib. 12. Bon. de Curt de nobilit. pag. 5. num* 34. & 79. digniores enim altiori loco ſedere debent §. *aliam vbi gl. de bon. poſſ. l. petitiores Cod. de offic. Rect. prouinc.* Adeo vt niſi hoc fiat, & quis nobiliori & digniori cedere nolit, ille non ſolum officio iudicis prohiberi, ſed etiam pro defenſione honoris actioni iniuriarum aduerſus eundem locus ſit *l iniuriarum 15. §. ſi quis ff. de iniuriis.* Et quod dignior contra

H 2 minus

minus dignum ſuper honore præcedendi & aliorum actuum dignitatis & præeminentiæ, agere poſſit iniuriarum, tenuit Bald *in l. obſeruare §. antequam. ff. de offic proconſ.* Qui amplius etiam contendit: licere reſiſtere armata manu, & de facto, ſi aliquis in prærogatiuis debitis impediatur & perturbetur: Cum, vt ille ait, nemo teneatur iniuriam pati, aut proprij honorit parui penſionem & vilipendium: maxime ſi aliquis ſit in quaſi poſſeſſione præeminentię ratione conſuetudinis exiſtentis in loco: Ceſſante vero conſuetudine, ſuperiori incumbere aſſignare loca, & præeminentiæ ſigna conſtituere, ſecundum perſonarum dignitatem. Idem tenet Vaſquius *illuſt. contr. ca. 18. n. 16.* At contraria ſententia Ioan. Fabri *in §. aliam Inſtit. de bon. poſſeſſ.* & Georgij Obrechti *in tract. de neceſſaria defenſione c. 9. n. 7. & ſeqq.* iuri & æquitati magis conſentanea eſſe videtur: Nam iniuria
11 noſtræ exiſtimationi † illata, extra iudicium recriminando ſiue retorquendo repelli, & in iudicio actione iniuriarum vindicari poteſt *l. quæ omnia 5. §. 1. de procurat. & tot. tit. ff. de iniur.* Imo nemo ſe cum cæde alterius defendere poteſt, ſi ſe aliter tueri queat *l. ſciendum 45. §. qui cum aliter ff ad L. Aquil.* At fama & exiſtimatio ſine cæde alterius defendi poteſt, vti modo dictum, ergo. Nec ſequitur: Quiſque ſuam famam & exiſtimationem integram cōſerua-

ſeruare, & non minus ac vitam defendere debet: Ergo poteſt eum, qui exiſtimationem lædit occidere. Nam, vti dictum, iniuriatus ſe aliter tueri poteſt. Vbi autem alia defenſio præſto eſt, ibi violenta defenſio non meretur excuſationem *d.l ſciētiā* 45.§. *qui cum aliter.* quia non eſt defenſio, ſed vltio, quæ iure prohibita eſt. *Obrech.d loc.* & Bocerus eleganter *in tract.de duello lib.2.cap.8.nu.*10. Opinio autem Baldi & Vaſquii procedit eo caſu, quo ope iudiciali & per legitimos tramites calumniantium iniquitates expelli & vindicate nequeant *l.vt vim ff de iuſt.& iure d.l ſcientiam § qui cum aliter Bocer. de duello lib.2.c.8.n.10.* tunc forte conſultius eſſet, in tempore potius occurrere, quā poſt vulneratam cauſam remedium quærere *vt dicitur in l vbi C.vbi in quib.cauſ.reſtit.non eſt neceſſ. l.1 C. Quando lic. vnicuiq; ſe vindic.* Secus vero, quando copia iudicis haberi, & iniuria illata legitimis mediis per magiſtratum ita vendicari poteſt, vt perſona læſa per publicam vindictam illæſa credatur *d.l.vt vim.d.l.ſcientiam.§.qui cum aliter.*

Ex eo autem quod dictum: inferiorem ſiue plebeium, cedere debere viro nobili, quidam inferunt: Si ruſticus à viro nobili inſultaretur, quod ruſticus nobili cedere, ſiue eum fugere debeat, ſi abſq; periculo hoc poſſit: è cōtrario vero, ſi vir nobilis à ruſtico inſultaretur, & no-

bilis ruſticum occidat, cum fugere nobilis poterat, eum nobilem non debere puniri pœna ordinaria homicidii: eo quod cedere turpe ſit homini nobili, & contra eius honorem *Bald.in c.3.n.16. de pace ten.in vſib.feud.Bart.in l.vt vim n.10.de iuſt.& iure Tiraq.de nobilit.c.20 nu.63.relati ab And.Gail 2.obſ.100.n.7.& ſeq.* Sed non videtur conſtituenda differentia in hoc caſu inter nobiles & plebeios. Et idcirco dicerem, indi-
12 ſtincte † omnes fugere teneri, ſi commode fuga ſibi conſulere poſſint. Tum quia vtrobique eadem eſt ratio: tum quia legum authoritas non diſtinguit inter nobiles & plebeios. Vbi autem eadem eſt ratio, ibi idem ius. Et vbi ceſſat legis diſtinctio, ibi etiam hominis ceſſare debet. Tum quia defenſio contra vim eſt iuris naturalis & gentium: proindeq; cum omnib. hominibus communis, ac nobili non magis quam plebeio concedenda. Et quamuis nobilibus ex fuga quædam macula vulgi opinione inuri credatur: ea tamē certe leuior eſt, quam vt conſiſtendo & aduerſarium necando pulſetur & repellatur: Imo conſcientiæ tutius, hominiq; Chriſtiano dignius cenſendum, potius cum leui & vana populari infamia pugnam fugiendo detrectare, quam dubia vel etiam certa pugnare victoria. Felix enim ille eſt, qui nec legitime, nec illegitime aliquem occidere cogitur; imo leue honoris detrimentum potius

pati

pati laudabilius erit, quam ex leui cauſa in necem hominis nequiter conſpirare *l. iniur.* 13. §. *ſi quis de honorib. ff. de iniur. c. quod Dauid. q. 4. Tira. d. c.* 20. *n.* 64. Et recte exinde ſuperiora quoad homicidium magis politice quam Chriſtiane diſputari, notat Gail. *d. obſ.* 100. *n.* 8. *in fin.* late hanc ſententiam defendit, contra alios Bernh. Græuæus *concl. pract.* 110 *conſid.* 1. *n.* 27. *& ſeqq.* In eo quoq; nobilium præeminentia † conſpicitur: quod vxor plebeia teneatur marito lauare caput pedes: cibos parare, lectum ſternere, & ſimilia præſtare, quæ omnia in vxorib. Principum & nobilium dedecori eſſe cenſentur *l. interdum ff. de oper. liber.* Omnino tamen tenetur † nobiliſſa ipſa liberos ſuos lactare. Et quamuis de cõſuetudine videamus fieri, quod hoc per ſubſtitutas nutrices expediant: ſed tamen vt quæ facta eſt mater, eadem quoq; lactare poteſt, adeoq; ipſa quoque nutrix fieri non dedignetur, naturali iuri conueniens eſt *c. ad eius vero. diſt.* 5. *Tira. de nobil.* Inſigniũtur quoque Nobiles † præeminentib. titulis quibuſdã, præ aliis plebeis: & dicuntur alii generoſi, alii nobiliſſimi & ſtrenui. *Dan. lib.* 2. *polit. Chriſt. c.* 6. Germanice Edle/ Streng ſeu Geſtrenge/ ſecũdum latinorũ ſtrenuum: Græcorumq; ϛρηνέα, quorũ alterũ fortitudinẽ, & ad res gerendas prõtitudinem: alterũ magnũ quid acutũ ac manifeſtũ ſignificat. Solẽt tñ & debent nõ indiſtincte oẽs

13 · 14 · 15 (margin numbers beside lines "conſpici-", "tenetur †", "præ a-")

Strenui ſiue Geſtreng indigitari: ſed illi præſertim, qui ſunt ex maiori & præclariori proſapia, & familia: vel alias in officiis, dignitatem annexam habentibus, conſtituti ſunt, vt ſunt in Germania Locumtenentes Principũ Statthalter: Item præfecti aulæ, Hoffmeiſter: Mareſcalli, & Cancellarij Principum: nam & hos egregiis perſonis adnumerat Tatius *in tract. de Cancellariis in princip.*

16 Quin & nobili quoque datur locus † ſedendi in iudicio *l.* 3. § *ſedendi C. vbi ſenat. vel clariſſ. l.* 1. *&* 2 *C. vt dignit. ordo ſeru. Curtil. de nobil p.* 5. *nu.* 35. Eorum facta maiori ſolennitate peragũtur *l. vlt.* § *ſed cum antiquitas vbi Salicet. C. de curat furioſ.* Non ipſi cogendi domo relicta alios adire, ſed ad eorum domum accedendum. *l. pen.* § *fin. de cond. & demon.* Non coguntur ire pedes *Gail.* 2. *obſ.* 99. *n.* 4. *Tiraq. d. c.* 20. In alimentis cõſtituendis, in priuilegiis, ne quis vltra quã facere poteſt, teneatur *l. cum vnus* § *alimenta ff. de alim. leg l. Nepos Proculo ibi gl. de verb. ſign.* Itemq; in ſumtib. & expenſis faciendis, ratio quoque nobilitatis habenda eſt *l. in patrẽ* 21. *l. ſi quis* 12. §. *pen. de relig. & ſumt. fun.* Quin & pompa funebris ſplẽdidior eſſe ſolet *l. ſed etſi quis* 14. § *hæc actio* 6. *&* § *iudicẽ* 10. *de relig. & ſumt fun. Gail. d. obſ.* 22. *n.* 4 itemq; legata propter dignitatẽ augentur, adeoq; vſus iis relictus, vberius eſt interpretãdus *l. plenum* § *præter habitation. verſ. & ex iis ff. de vſu*

& ha-

& habit.l.ſed etſi ſuſceperit §.*ſed etſi proponat ff. de iudic.l.ſi ſeruus plurium* §.*vlt.de legat.*1. Tiraq. *cap.*20.*n.*153. Pater etiam nobilis tenetur alere filium ſuum, etiamſi manibus ſibi victum quærere poſſit; cum indecens ſit, ei ſeruilia opera tractare. Imo honeſte & ſalua dignitate non cenſetur ea facere poſſe *l.nepos ff.de verb. ſign.* quod itidem priuilegii loco eſt Curtil.*de nobilit.p.*5.*n.*66.*Paul.de Citadin.de iure patron p.* 6.*artic.*4.*num.*5. cum alias pater non teneatur alere filium, qui ſuis manibus victum ſibi quærere poteſt *l.ſi quis à liberis* §.*ſed ſi filius ff.de lib.agnoſc.*

Nobilium priuilegia quædam † conſiſtunt 17
in præſumptionibus; quia nimirum maior præſumptio virtutum,integritatis,& innocētiæ ſtat pro nobili,quam pro plebeio *l.ſi à bona fidei ff.de rei vendicat.* Tiraq.*cap.*20.*n.*20.& nobilitas generis excludit & remouet omnem ſuſpicionem criminis falſi Grammat. *conſil.*33. *n.*16. Similiter in nobilibus præſumitur ſimplicitas,amor nempe recti, & veri, qui fraudi opponitur iuxt.text. *in c. ex mente* 6.*quæſt.*1.*c.ſi cupis* 16.*quæſt.*1. Schrader.*de feud.*2.*p feud* 9.*part. princip.ſect.*12.*n.*19. Hinc eſt, quod etiam fœminæ nobilis teſtimonio ob nobilitatem generis maior habetur fides, quam viro plebeio Tiraq.*cap.*20 *n.*33. quamuis alias in teſtimonio dicendo,viri præferantur fœminis *l.in te-*

ſtibus & ſeqq. de teſtib. Specul. de teſt. §. poſtquam. verſic. primo. Et generaliter traditum eſt, quod
18 teſtimonium † nobilium ſemper præcellat: nulla facta diſtinctione inter nobilitatem maiorem & minorem, notat Herm. Vulteius *conſ. 15. n. 201. & ſeqq. vol. 1. conſil. Marpurg. per gl. in l. 3. in verb. plebeio ff. de teſtib. & in c. item teſtium 4. quæſt. 3.* Quod tamen multo magis procedit in iis, qui ſunt cõſtituti in nobilitate ſumma, quales ſunt reges, Marchiones, Duces, Burggrauii & Principes: quippe cum hi pro ſe habeant maiorem præſumptionem virtutis, integritatiſque, & in illis magis ceſſet omnis ſiniſtra ſuſpicio ſimulationis, doli & fraudis Schrader. *d. ſect. 12. n. 19.*

19 Quo nobilior itaque quis eſt, † eo magis illi creditur Weſenb. *conſil. 106. num. 17.* Et ſic quoque nobilioribus etiam paucioribus magis creditur, quam plebeis, ruſticis ac vilibus perſonis pluribus *gl. in l. 3. verb. plebeio. per illum text. ff de teſtib. Speculat. d. tit. de teſte §. poſtquam. verſ. porro* Tiraq. *cap. 20. n. 38.* Godd. *conſil. 28. n. 49. vol. 2. conſil. Marpurg.* Mynſ. *reſp. 43. num. 10. decad. 5.*

Quin & ea prærogatiua vtuntur nobiles, quod illis ſingulis ſeorſim defertur iuramentum, ſi nobiles cum ruſticis in teſtes producãtur. Quod tamen vrbanitatis potius, quam neceſſitatis eſſe, notat Rutger Ruland *in tract. de com-*

*de commiſſ.p.2.cap.*12.*n.*13. corporaliter tamen iurare tenentur nobiles, niſi partes hoc illis remittere velint Gail.1.*obſ.*101. Notabile autem eſt, quod nobiles & illuſtres perſonæ in regno Bohemiæ, & Archiducatu Auſtriæ, ex ſingulari priuilegio non tenentur comparere perſonaliter ad perhibendum teſtimonium; ſed per ſcripturam ſub fide ſua, abſque corporali iuramento deponant, & depoſitionem deſignatam iudici examinis tranſmittãt, vnter jhrer Pittſchafft vnd Handtſchrifft. Item quoque in Bauaria, & aliis locis receptum, teſtatur Andreas Gail *d.obſ.*101.*n.*14.

Nobilitas itaque interdum facit, vt ſimpliciter aſſerenti fides habeatur *c.nobiliſſimus diſt.* 17.*arg.l.pupillus ff.de author.tut.* quia fidei ſunt obſeruantiſſimi Menoch.*de præſumpt.præſumptione* 59.*n.*2. Hinc eſt, quod † promiſſiones 20 nobilium, ſub nobilitatis fide bey Adelichen Ehren vnd Glauben factæ, in contractibus, in renunciationibus, vim corporalis iuramenti obtineant & pro impletis habeantur *c. ad aures de his quæ vi metuſve cauſ.* Mynſ.1.*obſ.*17.Gail. 2.*obſ.*59.Weſenb.*conſ.*52.*n.*22.Et in Germania receptum eſſe conſuetudine, quod literis ſigillatis, ſigillis nobilium, & aliorum bonorum virorum, in præiudicium illorum atque heredum, quorum ſigilla ſunt, indiſtinctè plena fides adhibeatur, atteſtatur Hennin.Goed.

conſil.

*num.100.*Rol.à Valle *conſil.89.n.24.vol.1.* Et ſic Antonius Peregrinus expreſſe dicit; priuatos regalium incapaces eſſe *lib.7.de iure fiſci tit.3.n.20.* ſi tamen nobiles Imperio mediate ſubiecti, ſpeciem aliquam regalium, quocunque titulo legitimo ſibi acquiſiuerũt V.G. ius vectigalium, venationis, vel ſimile quid; id habent non vt regale vel regalem dignitatem, ſed ius quoddam in regalibus, vt emolumenta inde percipiant Sixtin.*d.cap.4.n.102.in fin.*& ſi eiuſmodi ius immemoriali tempore poſſederint, vtiq; in poſſeſſione ſua defendendi ſunt: quãuis iura illa vt regalia, quorum incapaces ſunt, non poſſideant *c. licet Epiſcopus. de preb. l. cum fundum ff. de vi & vi* [illegible]. Et ita intelligo Dd. pleroſque adnumerantes nobiles illis qui regalia habent. Weſenbec. *conſil.60. num.30.* Pruckmannum *cap.4. de regalib.n.34.* Vulteiũ *de feud.lib.1.cap.5.n.7.* Decianum *reſp.2.n.164. lib.1.*relatos à Sixtino *lib.1. de regalibus cap.4.nu.92.* vbi itidem agit de Nobilibus immediate Imperio ſubiectis: Bocerus *in tract.de regalib. cap.5.n.5.§.nec quicquam.*

Quin autem iuris Patronatus † capaces ſint 29 Nobiles, non dubitatur. Sic namq; videmus Nobiles plerunque ius patronatus habere in prædiis & Eccleſiis ſuis: vigore cuius, poteſtatem habeãt, nominandi & vocandi aliquẽ in vacantem locum Eccleſiæ; quem tamẽ iidem

pro-

ſit Nobilis vel Doctor. Cuiuſmodi ſtatutum eſt in Epiſcopatu Caminenſi Pomeranorum.

Nobilium quoque proprium † eſt liberalitatem & munificentiam exercere: ac proinde donare non prohibentur, vbi ignobiles donare non poſſunt *l. filiusfamilias. ff. de donat. l. ſi filius C. eod.* Tiraq. *cap.* 37. *num.* 40. *gl.* & Bart. *in l. vxori ſuæ. de legat.* 1. vnde deducitur: tutores principum & Nobilium pro honeſtate & dignitate eorum donare *l. cum plures* 12. *& l. ſeq. in pr. de adminiſt. tut.* Gail. 2. *obſ.* 72. Item tutorem nobilium ſeipſo authore rem pupilli ſui palā emere poſſe *l. pupillus, §. ſed etſi ff. de authorit tut.* quæ alias in tutoribus prohibita ſunt. 24

In teſtamentis condendis † militaria priuilegia Nobilibus non competunt, niſi actu militent, & in ipſa ſint expeditione §. 3. *& in pr. Inſt. de milit. teſtam.* Quin etiam ſtrictius ius in eorum teſtamentis obſeruatur. Si enim nobilis fideicommiſſum relinquit, & ſub conditione *ſi ſine liberis*, naturalis filius, non facit deficere conditionem *l. ex facto* 17. *§. ſi quis rogatus ff. ad SC. Trebell.* quippe quod ignominioſum eſt nobilibus habere naturales. Sed † tamen pacta futuræ ſucceſſionis inter viros illuſtres & nobiles, maxime ſi ius teſtandi omnino nō tollatur, valent. Sic ſtatuta, excludentia fœminas, vel ſaltem prǽferentia maſculos, plerunq; 25 26

inter

grauentur: ſed de aliis bonis eorum, pro quibus ſeruitia non præſtant, curiæ regis teneantur Modeſt. Piſtor. *conſil.9.n.46.vol.2.* Tiraq. *cap.20.n* 166.*&* 170.

De nobilibus itaque non vaſallis, ſiue feuda non habentibus, & in ciuitatibus habitantibus, vel etiam in aulis Principum verſantibus, tenendum eſt: illos à realibus muneribus patrimoniorum, tam ordinariis, hoc eſt, tributis ſeu indictionibus; quam extraordinariis, hoc eſt, collectis à ſuperiori indictis, non minus quam plebeios obſtrictos eſſe *l. ad inſtructionem Cod. de SS. Eccl. l. abſit C. de priuileg. dot.* Modeſt. Piſtor. *d. conſil.9. num.45. & ſeq.* §. *es iſt aber. vol.2.*

At ſecus eſt in illis nobilibus, qui feuda habent. Vaſalli enim feuda ſua à dominis conſequuntur, ſub determinato ſeruitio militari vel aulico, pacis vel belli tempore obeundo: Quanquam etiam pacto fieri poſſit, vt nulla pro feudo ſeruitia debeantur. Ad pacta autem ſeruitia præſtanda, vaſallus domino perſonaliter eſt obligatus: adeo vt quamuis authoritate iudiciali executio fiat in feudum, & creditores in poſſeſſionem eiuſdem conſtituantur, nihilominus vaſallus ſeruitia ſua domino præſtare neceſſe habeat, *Camerar in c. Imperialem. de prohib. feud. alienat. per Frideric.* Gail. 1. *obſeruat.* 117. *num.6.* Hartm.

Piſtoris *p.1.quæſt.15.n.5* Moller.*lib.3.ſemeſt.cap.33.quod & vſus,quotidianaque experientia teſtatur*. Vltra ſeruitia autem ſolita domino debita, præterea non tenetur vaſallus nobilis Gail.*& alii alleg.locis*.

Sed cum ius vaſallagii non facit quem ſubditum;ſed domicilium vel origo; nec ad iuramentum ſubiectionis aſtringit, quo vaſallus illi domino duntaxat, cui ſubeſt, obligatus manet *per not.lib.2.de iuriſdict.p.1.cap.7.num.219.&ſeq.* Quæſtionis eſt: An huic Domino
32 † ad collectas teneatur ratione feudi ſiue bonorum feudalium? **davon ſie ihre Manndienſt leyſten müſſen / vnd alſo ihre Lehengütter mit ihrem Leibe verdienen?** Et generaliter vaſallos nobiles & ignobiles, tributis & collectis grauari non poſſe,dicendum eſt; vti & pro regula traditur: Nobilem, qui feuda poſſidet, à tributis & collectis excuſari Iacob. de S. Georg. *in tract.de homag. num.41.* **Roſenthal** *de feud.cap.5.axiom.76.* & alii allegati à Petro Hegio *p.1.quæſt.18.num.22.* Modeſtin.Piſtor. *conſil.9.num 46.vol.2.* idque propter onus, ſiue in remunerationem onerum, ſeruitiorum perſonalium, quæ nempe nobilis ratione feudi domino præſtare tenetur: ne alias duplici onere grauetur: quod leges non permittunt *l.nauis §. quid ergo ff.ad L.Rhod.de iact. l.Titia §.qui in vita ff.de legat.2.l.priuato C. de excuſat.*

..t.tut.l.fin.C.de fund.Limitroph gl.in l.honorem ..ie munerib.& hon. vnde dicitur: ſemel deci-..atum, vlterius decimari non debere Rol.à Valle *conſil.*1.*num.*21.*lib.*2. Et noſtri ordinis functiones onerari geminis incommodis non oportet, vti Symmachus dicebat *lib.*5.*Epiſtol.* 63.*epiſtola.*

Neque hoc tantum obtinet de feudis: ſed etiam † de aliis rebus mobilibus, quæ non 33 fructificant,ſiue fructus non proferunt; puta, de pecunia otioſa, catenis & annulis aureis, margaritis, lapidibus pretioſis, ornamentis virilibus & mulieribus, ex quibus ſola pompa & inanis gloria requiritur; nec vlla alia commoditas percipitur: vt nimirum de iis collectam non ſoluant nobiles. Reichs Abſchied *de Anno* 1542. §. doch ſollen/ *ibi*, eines jeglichen Kleider *&c. quod idem repetitur* in Abſchied *de Anno* 1544. §. doch ſolle Mynſing. *decad.* 15. *reſp.*1. *num.*29. *& ſeqq. per dict.*§.*Ilienſibus*, vbi dicitur: propter inclytam nobilitatem ciuitatis, Ilienſibus pleniſſimam immunitatem tributam. *& dict. l. honorem ff.de muneribus & honorib.* vbi dicitur: honorem ſuſtinenti,munus imponi non poſſe, *& in l.*3. §. 1.*d.tit.* vbi traditur: milites ab omnibus muneribus & oneribus immunes eſſe.Late Mynſing.*d.loc.n.*35.*& ſeqq.*

An vero indiſtincte † hoc obtineat,vt nimi- 34

rum nullo caſu Princeps aut dominus ſu rior, à nobilibus & vaſallis ſuis, ad certa ſe uitia obligatis, exigere poſſit extraordinariam collationem? videndum eſt: Et quidem Ioachimus Mynſingerus *d. reſp.* 1. eſt in ea ſententia, quod nullo caſu, neque propter bellum, vel incurſiones Turcicas, vel propter aliam quamlibet maximam, vrgentem, inopinatam, & inſolitam neceſſitatem publicam hoc fieri poſſit vel debeat, vt à nobilibus ratione bonorum ſuorum feudalium collectæ exigantur: ſi modo contra illam neceſſitatem aliter ſuccurri vel ſubueniri, ſiue quando ex contributione aliorum, illa neceſſitas ſubleuari poſſit. Cum quo etiam conſentit Modeſtinus Piſtoris *conſil.* 21. *num.* 82. *vol.* 2.

At Petrus Hegius, Iuriſconſultus Pomera-
35 niæ, non è multis, defendit ſimpliciter † nobiles ratione feudorum ob imminentem & haud prouiſam extremam neceſſitatem cum aliis ſubditis, extraordinaria contributione poſſe onerari *d. quæſt.* 10. *n.* 23. mouetur præter alia, quod ex recepta Dd. ſententia, immunitas conceſſa alicui ab oneribus & collectis ordinariis & extraordinariis, ſolitis & inſolitis, non extendatur ad onera, quæ imponuntur ratione belli, vel alterius publicæ neceſſitatis, de qua ab initio veriſimiliter non fuit cogitatum

gitatum

gitatum *per alleg. ibid. num.* 26. quam ſententiam non modo Cameralis iudicii Spirenſis vſum, ſed & conſuetudinem totius Germaniæ paſſim receptam comprobaſſe, refert idem Mynſinger 4. *obſeruat.* 70. ſubiiciens; à collectis Imperii, ob publicam neceſſitatem indictis, nullos ordines excuſari. Quin & ob Turcicam expeditionem & contributionem neminem excipi: imo omnes, quantumuis priuilegiatos, tributis onerari, apparet ex decretis Comitiorum *de Anno* 1495. *in princ. Anno* 1500. *paſſim Anno* 1542. §. vnd nemblich ſollen alle *&c. Anno* 1576. §. vnd nach dem dieſe *Anno* 1582. § vnd demnach ſollen die Vnterthanen *&c. & Anno* 1594. §. demnach ſollen die Vnterthanen / *ibi, exempt*, oder nicht *exempt*, gefreyet / oder nicht gefreyet / niemandt außgenommen *&c.* vnverhindert aller Verträgen / *ſtatut. obligationib.* gewonheiten / vnd herkommen: vbi diſerte notandum; derogari omnibus conuentionibus & exemptionibus in contrarium facientibus. Et hoc Imperatorem facere poſſe, probat Ægidius Thomatus *in tract. de collect.* §. *ne ſcienter num.* 12. *pag. mihi* 406. Nimirum immunitatem dare à collectis Turcicis, poſſe. De quo tamen plerique non immerito dubitant.

Quin potius contra † ſtatuendum eſt, Imperatori non licere petentibus concedere im- 36

 muni-

munitatem à collectis Turcicis. Quippe cum harum remiſſio, vniuerſo præiudicat Imperio *per not. à me lib. 2. de iuriſdict. p. 1. cap. 1. memb. 1. num.* 107. *& ſeqq.* Quapropter (inquit Hegius *dict. quæſt.* 18. *num.* 28. *in fin.*) videant illi, quomodo immunitatem ſuam à Turcicis contributionibus ineuitabilibus defendant, quam decreta Comitiorum aperte repudiant, legeſque euacuant *l. vacuatis C. de decurionibus lib.* 10. *l. in fraudem Cod. de annon. & tribut. lib.* 10. Chriſtophor. Wingler *in Synopt. obſeruat. de collectis cap.* 17. Niſi immunitas forte conceſſa ſit ex iuſtiſſima cauſa & neceſſitate, quæ legem non habet; itemque incolumitas ſubditorum ſuadeat, pro quorum ſalute, ſtatuta & leges, imo & pacta, tranſactiones tranſgredi licet Reichs Abſchied *de Anno* 1594. §. nach dem dieſer §. nach dem ſollen *&c.* Franc. Marcus *deciſ.* 457. *Feſt. de collect. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 27. *p.* 4. *cap.* 7. *num.* 54. Thomat. *de collect. §. pauperes num.* 34. Wingler *d. loc.* Alias principis non eſt ius eximendi quempiam oneribus in perniciem ſubditorum, vt alii onus eius ſoluant. Et hanc ſententiam aliquando Cameram Imperialem in quadam cauſa ſequutam, refert Thomas Michaelis *in diſputat. de iuriſdict. concl.* 27. *in fin.*

Sed vt ad propoſitum reuertamur, illud volebamus concludere, vaſallos nobiles ſiue igno-

ue ignobiles, eſſe immunes à collectis ratione feudalium bonorum, **ſo ſie mit jhrem Leibe verdienen.**

At immunitatem † illam reſtringendam eſſe; vt non obtineat, quando durum neceſſitatis telum, omnes indifferenter penetrat, forte ſi Tyrannus Turcicus, fines Germaniæ populetur, adeoque eadem ratio communis vtilitatis ſubditorum concurrit, quæ omnes in commune vtilitatibus obedire, & ſubuentionem ſine dignitatis priuilegio facere ſuadet *l.1.C.de nauib.non excuſſ.lib.11.* Heg.*d.quæſt.18.num.23.& ſeq.* quo caſu, quis quæſo, nobiles vaſallos immunes dixerit. Quin potius omnes nobiles ad ſubſidium contra Turcam tenebuntur, ſiue immediate, ſiue mediate ſint Imperio ſubiecti. Si enim hi **die Freye Reichs Ritterſchafft** non ſunt à ſubſidio Turcico im̃unes vel exempti, **Reichs Abſchied** *de Anno* 42.§. **demnach.** certe nec illi melioris conditionis eſſe poterunt **Reichs Abſchied** *de Ann.* 94.§.**nach dem nun** & §.**demnach** *hi, exempt* **oder nicht** *exempt*, **gefreyet oder nicht gefreyet/niemãd außgenom̃en Winsler** *d.tract. c.*14. Et cogitet nobilitas, an non huiuſmodi expeditiones, pro ſui etiã ordinis dignitate & cõſeruatione ſuſcipiantur. Vt enim taceã præcipuam Religionis & Imperii cauſam, qualẽ putamus nos, ſi penes Turcam, (quod Deus 37

clementer auertat) victoria ſteterit, nobilitatem habituros? Quippe quod apud Turcas nobilitas ex virtute æſtimetur, & nemo altero nobilior ſit, niſi cui rectius ingenium & Turcicis artibus aptius: quapropter nobilium potius intereſt, quam plebeiorum expeditiones huiuſmodi adiuuari, vbi certior ſpes eſt plebeis, in qualicunque etiam fortuna, quam nobilitate antiqua conſpicuis. Soli enim omnium gentium Turcæ nobilitatem æſtimant ex virtute, & veterum familiarum nuda nomina ibi abſque honore iacent, vti ex Busbequio *Epiſt.1.& 2.legationis Turcicæ.* refert Petrus Hegius *d.quæſt.18.n.31.*

38 Neque eſt quod obiiciant † nobiles vaſalli, ſe hac ratione duplici onere grauari, ſi dum ad ſeruitia tenentur, ſimul quoque ad pecuniarias contributiones vrgeantur. Recte enim id hic fieri negat Petrus Hegius *d. loc.num.36.* cum interim, dum pro neceſſitatibus vrgentibus plebs contribuit, nobilitas nihil præſtet, ſed quieſcat: imo ipſam plebs belli tempore in aciem progredi nih... ominus cogatur. Non autem nouum eſt aliquem ex diuerſis cauſis & obligationibus ad duplices præſtationes obligari *per allegat. ab Hegio num. 36.* Neque militia per ſe tribuit vacationem, vt nec ſola nobilitas, quod late defendit Thomatus *de collect. §. exactis*

exactis num. 1. *& ſeqq.* Roſenth. *de feud. cap.* 8. *axiom.* 51. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 20. *num.* 165 *& ſeq.* die vom Adel haben jhrer Perſon vnnd deß Adelshalben keine Freyheit von Steuren/nobiles non ideo fruuntur immunitatibus à collectis ſoluendis ratione perſonæ vel nobilitatis, ſed potius ratione ſeruitiorum perſonalium, quę intuitu bonorum feudalium exhibere coguntur, *vti ſupra dictum Modeſt. Piſtor. d. loc. num.* 49. quod vel exinde patet, cum ignobiles etiam de bonis feudalibus non præſtant collectas Tiraq. *c.* 20. *n.* 164.

Sed quid dicendum de bonis, † quæ nobilibus acceſſerunt à Ruſticis, die Huefen Landes/welche die vom Adel / in wenig Jahren von Bauwren an ſich vnnd zu den Lehengüttern gebracht? Et pro his quoque nobiles non teneri contribuere, tenet Tiraquellus *d. cap.* 20. *num.* 168. vbi refert idem docuiſſe Guidonem Papæ *deciſ.* 484. Sed recte contra docet Modeſtinus Piſtoris *d. conſ.* 9. *num.* 47. his verbis: Wenn ſolche neuwe erkauffte Huefen Landes nicht zu Rittergüter gemacht/auch keine ſonderlich Ritterdienſte darauff geſchlagen / daß die vom Adel von denſelben / ſo wol als von den andern jhren Güttern/die ſie nicht verdienen dürffen/gemeine Steuer vnd anlagen/vnnd ſonderlichen dieſe/ ſo zu erhaltung deß gemeinen Landtfriedens angelegt/ daran denen vom Adel nicht we- 39

I 5 niger

niger dann den Stätten gelegen / zuerlegen ſchuldig. Ceſſante enim cauſa priuilegii, ceſſat quoque priuilegium *l. Athletæ* §. 1. *l. Geometræ l. idem Vlpianus ff. de excuſat. tut.* Cauſa autem erroris Tiraquelli & Guidonis Papæ exinde eſt: quod exiſtiment, nobilitatem per ſe tribuere vacationem: cuius contrarium modo probatum eſt *Modeſt. Piſtor. d. loc. ſub numer.* 49. Neque etiam perſonæ nobilium ita ſunt priuilegiatæ, ſicut Eccleſiæ, per notata Modeſtini Piſtoris *d. conſ. 9. n. 28. & ſeqq. & conſ 21. n.* 20. *& ſeq. vol. eod.*

Hucvſque de priuilegiis & immunitatibus nobilium in ciuilibus: ſequitur de priuilegiis nobilium circa pœnas temperandas. In delictis enim & criminibus, quamuis ne ætas quidem excuſet, nobilitas tamen ſuas quoq; prærogatiuas habere cenſetur. Nobiles enim pro-

40 pter debitū † ciuile incarcerari nequeunt, *Lipſ. conſult. Sax. p. 3. quæ eſt de iudicialib. q. 25. n.* 14. vbi additur: non ſolum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus non debere incarcerari nobiles, ſed eſſe illis aſſignandum certum locum vbi maneant quovſq; ſcilicet conuicti vel cōfeſſi non ſunt *l. vlt. C. de accuſat. l. ſi quis filio exheredato* 6. *§. eius qui* 7. *ff. de iniuſt. rupt.* vbi Aretinus dicit: Honeſta perſona, ratione officii vel dignitatis, non prius debet poni in carcerem, quam fuerit conuicta. *per dd. leg.*

Quibus

Quibus concinit quod tradit Baldus *in l.2. C. de exhib. reis.* dum quæritur, inquit: An quis reus criminis ſit detinendus in carcere, & quã-do, & qualiter. Si nondum, inquit, ſit conui-ctus, aut confeſſus, debet mitti in carcerem, ſi eſt vilis perſona: Sin nobilis: debet honeſte in palatio detineri, & ita iudex arbitrabitur *per l. 1. ff. de cuſtod. reor.* Quod ſi vero nobilis ſemel aufugerit à palatio, quod illi fuerat loco carceris aſſignatum: tum debet poſtea in vinculis & carcere detineri, neque cum fideiuſſoribus relaxari *per notata* Tiraq. *c.*20.*n.*31.32. *& n.*141. *VVeſenbec. conſ.* 20.

Quæſtiónibus & torturis plebeiorum† quo- 41
que non ſunt ſubiiciendi nobiles, inconſulto Principe *per l. nullus ibi, generis aut dignitatis C. ad L. Iul. Maieſt.* quam ad hoc allegat Tiraq. *c.*20. *n.* 139. Sed Iohan. Zangerus, recte monuit, ex illo Imperatoris reſcripto ad nobiles noſtri ſeculi argumentum duci non poſſe *in tractat. de quæſt. ſeu torturis reor. cap.* 1 .*n.*30. Vbi ex ratione ſententiam noſtram probat: Quia mulier & decuriones veniam merentur, nec torturæ ſub iiciendi ſunt *l. milites* 8. *in pr. l. decuriones* 16. *C. de quæſt.* Nobilis autem, vt & Doctores hodie ex omnium ſententia, ſi non maiorem, parem tamen dignitatem habere cenſentur, in qua olim milites & decuriones conſtituti erant. de quo Tiraq. *cap.* 19. 20. *&* 21. ſic quoque nobiles

non

non eſſe torquendos,licet indicia commiſſorum criminum contra eos adfuerint, reſponderunt Lipſenſes *conſult. Saxonic.conſtit. quæſtio.* 49.*pag.* 4. vbi *n.*4. additur: Illud priuilegium nulla con ſuetudine tolli poſſe *per textum in l.6. C. de decurionib lib.*10. & magiſtratus tales priuilegiatos tortura perſequens, iure communi in reprehenſionem incurrere: itemque eorum confeſſiones ex tortura erutas, nullas eſſe, & nemini nocere *per not. Hippolyti in crimin. in §.expedita.num.*20. Confirmatur præterea hæc ſententia pro nobilibus non torquendis, reſcripto Impp. *in l milites* 8. *in pr. Codic. de quæſt.* ex quo perſpicitur: ideo milites in cauſis criminum non fuiſſe torturæ ſubiectos, quia hic ordo ab ordine plebeio ſeparatus fuit. Aiunt enim Imperatores: milites neque tormentis, neque plebeiorum pœnis ſubiungi concedimus. Conſtat autem hoc noſtro ſeculo, Nobiles ob genus, à plebe ſeparari. Quare priuilegium militibus conceſſum, de non torquendo, non immerito ad Nobiles noſtros hoc tẽpore extendimus.

42 Sane tamen ſunt quidam caſus, †quando ob indicia, eaq; vrgentiora & grauiora illis, q̃ quo ad alias perſonas cenſentur ſufficiẽtia nobiles aliæq; priuilegiatæ perſonæ, non attento priuilegio torturæ ſubiici poſſunt: puta in cauſa læſæ maieſtatis, falſi, hæreſeos, & aliis delictis

nefan-

nefandis dictu, ſeu exceptis, idq; ad exemplũ militum & decurionum *l. milites* 8. *l. decuriones* 16. *Cod. de quæſt l.* 1. *&* 4. *C. ad L. Iul. Maieſt. l. proditores* 7. *de re milit. & vtrobique gloſſa. Hippol. in praxi criminali d.* §. *expedita num.* 37. 44. *& ſeqq. Proſp. Farinac. lib.* 1. *prax. crim. titul.* 5. *quæſt.* 1. *num.* 10. 47. *&* 77. *Zanger. d. cap.* 1 *num.* 32. idem ſtatuere Lipſenſes *d. quæſt.* 49. *num.* 9. Deinde non excuſantur † à tortura, vel ſaltem à iuramento purgationis, nobiles, ſi homicidio cõmiſſo, de quo conſtat, vel ex confeſſione eorum, vel aliunde, prætendant, ſe id feciſſe ad ſui defenſionem, quam teſtibus probare nequeunt: maxime quando de animo deliberato atque cogitato occidendi appareat, ex coniecturis & indiciis, *de quibus apud Menochium lib.* 2. *de arb. iud. quæſt. cent.* 4. *caſ.* 361. *num.* 17. *vſque ad fin. & lib.* 5. *de præſum. cap.* 38. *& duab. ſeqq. Zanger. d. cap.* 1 *num.* 33. Quod ſi vero Nobiles probare poſſint ſaltem præſumptiue ex coniecturis & indiciis ſe ad defenſionem occidiſſe, non dubitatur, quin ęque vt alii veniam mereri debeant *Boer. deciſ.* 164. *num.* 15. Quamuis autem torqueri vel terreri non poſſint nobiles: quin † tamen interrogari queant, non dubitatur: 44 quippe quod interrogatio ſeu verbalis territio ad edictum non pertinet *l.* 1. *item apud Labeonem* 15 §. *quæſtionem* 41. *ff. de iniur. Bart. in l.* 1. §. *Diuus Seuerus nu.* 2. *de quæſt. Gometz.* 2. *var. reſolut. cap.* 13.

cap. 13.*n.* 4. Nobilem etiam cum vili perſona confrontari non poſſe notat Tranquillus Ambroſinus, *in proceſſu informatiuo lib.* 2.*c.* 9.*num.* 16. Vrbanius quoq; cum nobili quam cum ignobili ſe iudicem gerere poſſe, puta, ſedentem examinando, vultum pacatiorem preferendo, verbis leuioribus vtendo, tradit idem Tiraq. *d. lib.* 2.*cap.* 2.*n.* 16.

45 In pœnis irrogandis † mitius quoque cum nobilibus agendum quam plebeis Tiraq. *de nobilit. cap.* 20.*num.* 115. *& in tract. de pœnis cauſa* 31.*Cæpoll.conſ. crimin.* 39. *Incip. huius ciuis conſiliarius n.* 23. Quod ipſum multis authoritatibus probat Tiraquellus *d. num.* 115. item Proſper Farinacius *in tract. de pœnis temperandis quæſt.* 98. *cauſa* 18.*n.* 93.*& ſeqq.* vbi pleniſſime tractat, de cauſa mitigandi vel aggrauandi pœnas nimirum nobilitate.

46 Quin & communiter receptum eſt, nobiles omnino † à quibuſdam pœnis immunes eſſe, vnde traditum, eos flagellis non cædendos *c. paſtoralis in fin. pr. de offic. deleg. Alphonſ. ab Azeuedo conſ.* 29 *n.* 21. nec damnandos ad triremes *Didac. Couarr.* 2.*var. reſol. c.* 9.*n.* 3.*& ſeqq.* nec ſtrãgulandos ſiue de patibulo ſuſpendendos Tira. *de nobil. c.* 20.*n.* 108.*Couar. d. c.* 9.*n.* 4.*verſ.* 5.*& ſeqq.* ſed decapitandos *gl. in l.* 3.§. 1.*d. re milit.* |*vbi Bart.* ideo quod pœna furcarum & ſuſpenſionis ſit ignominioſa, quod eleganter tractat Tira-

Tiraquellus *d. capit.* 20. *num.* 110. Rol. à Valle. *conſ.* 63.

Sed contra etiam ſunt caſus, vbi nobiles grauiori † pœna afficiendi ſunt, quam cæteri ple- 47
bei vno & eodẽ modo delinquẽtes, puta, ſi delictum commiſſum à nobili, ſit contra Nobilitatis ſplendorem, & dignitatis excellentiam, Eiuſmodi crimina dignitatis, cẽſentur eſſe, crimẽ læſæ maieſtatis, falſi, proditionis, hęreſeos, adulterii, furti, latrocinij famoſi, & violati mandati Principis. Nam in illis, vt pœna delicto correſpondeat *iux. l. quadã delicta de pœn. & c. non afferamus* 24. *q.* 1. grauius puniuntur conſtituti in dignitate, ſicuti grauius peccãt *d. l. quadam* Tira. *c.* 20. *n.* 116. *cum ſeq. & n.* 118. vbi tradit: Quando dicatur crimen augeri nobilitate aut alia dignitate: cum nimirũ in his peccamus, q̃ dignitatem noſtram concernunt, atq; illius adminiſtrationem: vel in his, propter quę dignitatem vel honorem ſumus conſecuti: vel cum delictum cedit in dedecus & contumeliam ipſius dignitatis *Gail.* 1. *obſ.* 110. *nu.* 42. Hinc ob crimen falſi, nobiles amittere ipſam nobilitatem, teſtatur Lucas de penna *in l. milites C. de dignit. lib.* 12, Nullum enim aliud crimen exſtare in orbe, quod abiectius deprimat hominis ſtatum & famam, & quod aliis criminibus ſceleratius ſit, quam falſi crimen, notat Hippolytus de Marſiliis *in Rubric. ff. ad L. Cornel. de falſ.*

de falſ. num. 12. late de crimine falſi tractat Ludouicus à Peguera *deciſ.* 80. *per tot.* Tiraquellus
48 *cap.* 29. *num.* 121. *& ſeq.* Sic † ſi nobilis adeo ſuæ dignitatis oblitus fuerit, vt in proditionem incurrat, non modo eum pœna ignobilium, ſed & grauiori pœna puniendum eſſe tradit Baldus *in c. cum quidam. de iureiur.* adeoque etiam furca ſuſpendi poſſe Tiraquell. *cap.* 20. *nu.* 120. *Schrad. de feud. pag.* 9. *cap.* 3. *num.* 66. Idem eſt in aliis criminibus commiſſis à nobilibus iam recenſitis, vt in iis grauius puniantur nobiles quam plebei: quia enim grauius illis caſibus delinquunt, vtique grauius etiam puniendi ſunt quam cæteri eo modo delinquentes: vt pœna par ſit & commenſurabilis delicto *Iacob. Thomingius pag.* 2. *conſ.* 19. *num.* 43. *& ſeqq.* Tiraquell. *d. cap.* 20. *nu.* 120. *& ſeqq.* Et hinc Baldus *in cap.* 1. §. *ſi quis vero temerario. de pace iuram. firm. numer.* 1. infert: familiares Principis, & agentes in rebus, grauius puniri aliis, non exiſtentibus in aula. Itemque Nobiles contemptores mandatorum Principis, ſeuerius ipſis popularibus puniri debere propter exemplum *per text. notab. in l. vnic. Cod. de conductorib. & procuratorib. lib.* 11. *Gail. d. obſ.* 110. *numer.* 44. Quin imo in foro conſcientiæ quoque nobilium delicta ſemper cenſentur eſſe grauiora, quam ignobilium, quia plerumque in exemplum trahi ſolent ab inferioribus *c. paſtoralis* 2. *quæſt.*

quæſt.7.c.præcipue 31.quæſt.8. Vnde & ſtatuto fieri poſſe putatur, vt in omnibus non ſolum grauius ſed etiam ex qualicunq; probatione puniantur Tiraq. *cap.20.num.135.& ſeq.* Farinac. *d.quæſt.98.cauſ.18.*

In cæteris vero quæ † profeſſionem, dignitatem, vel nobilitatem & contumeliam delinquentis non ſpectant, quæque extrinſecus communi conſuetudine contingunt, nobiles perſonæ mitius puniuntur quam plebei Tira. *d cap.20.nu.108.& cauſa 31.de pœnis temperand. l.Pædius 4.l.vlt.de incend.ruina naufr.l ſacrilegii ad L.Iul.pecul.l.1.in fin.§.quicunque ff. de abigeis.l.moris.§.ſed enim l capitalium 28.§.vlt.de pœn.l.Arrianus l.quicunque Cod.de hæret.& Manich.* Quod ipſum Tiraquellus *d.cap.20.num.125.&* And. Gail.2.*obſ.*110.*num.*45.intelligit in caſu, vbi de pœna corporali quæſtio eſt, non etiam de pecuniaria. Et ratio, quare mitius hoc caſu puniantur, hæc eſt: Quia in dignitate conſtituti patiuntur maiorem famæ iacturam per exiguam corporalem pœnam, quam in corpore dolorem, vel in bonis damnum nobiliores ſentiũt *l.non debet* 11. §.*1. de dolo.* At in pecuniariis † ſemper grauius puniuntur nobiles quam ignobiles *per text.in l.2 Cod.vt nemo priuat.* Pecuniaria enim pœna, niſi magna ſit, à nobilibus non timetur *Iul.Clar.in §.fin.quæſt.60.num.24. Maſſuer.tit.de pœnis 38.nu.22.* debet itaq; eiuſmodi

49

50

pœna nobilibus imponi, quæ magis timetur ab ipſis Tiraq.*d.cap.*20.*num.*126. *Gail.d.Obſ.*10. *num.*45. Eleg.Rol.à Valle *conſ.* 63.*num.* 16.*&* *ſeq.vol.*3.Farin.*d. loc.*

51 Præterea quod dictum eſt, mitius † puniendum nobilem, quam ignobilem, illud non procedit in pœnis ordinariis, ſiue relatiuis ſeu Talionis: in illis enim eadem pœna eſt nobilium quæ ignobilium *l.ad commentarienſem C.de cuſtod. reor.vbi gl.* Tiraq.*d.c.*20.*n.*128. Si itaq; nobilis accuſet plebeium, & ſuccumbat in probatione delicti, eadem omnino pœna punietur, qua puniri debuiſſet plebeius, ſi delictum probatum fuiſſet *d. l ad commentariẽſem.* Sic ſi plebeis ex mandato & auxilio nobilis deliquerit, eadem pœna mandans nobilis cum mandatario plebeio tenetur *l.vtrum 6.ff. ad L.Iul.de parricid.* Tiraq. *d.loc.num.*129.*& ſeq.* Quod ſi forte nobilis proteruiter ſit cõtumax (quod vitium frequens eſſe in nobilibus, notat Tiraquellus *d.cap.*20.*n.*131.) eo caſu etiam grauius punitur nobilis, vt ſit exemplo cæteris *l.aut facta* §. *vlt.de pœn.* Idem eſt ſi in aliquo loco ſtatuto expreſſe diſpoſitum ſit, vt ſcilicet nobiles ex eodem delicto grauius puniantur, quam ignobiles: Ei namque omnino ſtandum eſt Tiraq.*d. cap.*20.*n.*134.

Et cum iam dictum ſit, in pœnis ordinariis eandem eſſe pœnam nobilium & ignobilium:

uum : exinde patet, in arbitrariis pœnis, ſecus eſſe. Pœnæ arbitrariæ ſunt, quæ non ſunt certæ ex legibus vel ſtatutis, ſed iudicis arbitrio relictæ, tum expreſſe, quando nimirum lex pœnam expreſſe iudicis arbitrio relinquit *l. hodie 13. de pœn l. 11. d. titul.* tum tacite, quoties nulla pœna maleficio eſt addita *l. 1. §. expilatores 1. de effract. & expilat. l. in ſenatuſconſultum 15. §. 1. ff. ad SC Turpill. l. ordo 8. de publ. iudic. Menoch. de arbit. iud. quæſt. lib. 1. quæſtio. 14. & quæſt. 86. & caſu 449. numer. 3. 4. & ſeqq. & caſu 541. per leg ſi quis ff. de cuſtod. reor. Coraſ. 4. Miſcell. capit. 12. numer. 6.* Tiraquell. *in præfatio. tractat. de pœnis temperandis numer. 4.* cuiuſmodi pœnæ nominantur difformes Tiraquell. *de nobilit. capit. 20. numer. 132.* Pœnæ ordinariæ itaque ſunt quarum quantitas, modus & qualitas in iure definitur *l. 4. l. 6. C. de modo mulct.* cuiuſmodi pœnæ ab interpretibus appellantur vniformes: ideo quod vniformiter, certe determinate, indiſtincte & indiſcriminatim impoſitæ ſunt tam nobilibus quam ignobilibus & plebeis.

Hinc † citra diſtinctionem humilio- 52
ris vel altioris conditionis hominis, homicidia doloſus etiam Nobilis punitur pœna ordinaria legis Corneliæ de Sicariis.

Quia apud Deū nulla eſt perſonarū differētia

ſed anima quæ peccauit, ipſa morietur vt habetur *Deuteron.cap.* 18. *Reg.cap.* 14. *Ezech.cap.* 18. & refertur à Gail *d.obſ.* 100. *in fin.* Sic etiam in Regno Neapolitano conſtitutum eſſe, vt homicida morte puniatur, ſiue nobilis ſit, ſiue plebeius, refert Bernhardus Muſcatellus *de cognit. delict. titul. de ſimplici homicidio num.* 49. Idem in regno Cathaloniæ practicari notat Ludouicus à Peguerra *deciſ.* 14. *ſub.num.* 14. Nec attenditur quoque, quis nam occidatur: nam non habita differentia, cuius eruditionis hominem Nobilis interemerit, locum habet aduerſus eum ordinaria pœna legis Corneliæ *l* 1. *§.* 1. *ad fin. ff. ad L. Cornel. de Sicar. Reuſner. deciſ.* 16. *num.* 19. *&* 20.

Sic pœna reuocationis iniuriarum æqualiter puniri debent tam nobiles quam ignobiles Tiraquell. *de pœnis cap.* 31. *num.* 34. Hinc neminem ſanę mentis negare poſſe, quin iuſtum ſit & rationi naturali congruum, eum qui falſum crimen alteri obiiciendo, famam eius lædere conatus fuit, Palinodiam canere, dicit Placa *in Epitome delict. cap.* 1. *num.* 25. vbi quoque allegat Hiſpanos, qui adfirmant, ex conſtitutionibus illius Regni, etiam Nobiles, ſiue Hidalgos, pœna reuocationis affici. Et Baldus dicit: *in §. ſi ruſticus ad fin. tit. de pace iuram. firm. in vſibus feud. & in l. nemo clericus C. de SS. Eccl.* quoties tractatur de ſatisfactione, quæ parti læſæ debe-

debetur, nullam prorſus diſtinctionem perſonarum admittendã eſſe. Deniq; in quæſtione: An pœna recantationis, vt vocant, ſeu reuocationis publicæ in iniuriantes ab Electore Saxoniæ *p.4.conſt.42.* ſtatuta, in Nobili locum habeat, iniuriarum cõuento à plebeio? Adfirmatiue reſpondit Dan. Moller. *in commen. ad d. conſt. 42. n. 9. & 10.* Ideo quod illa pœna reuocationis ſit ordinaria. Et quod in pœnis ordinariis, æqualiter puniãtur Nobiles & ignobiles: niſi iudex ex iuſta & magna cauſa cenſuerit, vel grauius vel mitius vtrumque puniendum, quã lege vel ſtatuto pręſcriptũ ſit, *ſec. l. quid ergo §. pœna grauior ff. de his qui not. infam. l. etſi ſeuerior. C. Quib. ex cauſ. infam. irrog. Salic. in l. ſeruos C. ad L. Iul. de vi publ. Innocen. in c. 1. Ext. de conſtit.*

Deniq; quamuis procuratores non admittuntur † in criminalibus *l. accuſator 14. §. ad tamen ff. de publ. iudic.* Nobilibus tamen permiſſum eſt per procuratorem agere *l. vlt. Codic. de iniur.* Et generaliter, deferendum ſemper eſt Nobilitati in omnibus, in quibus dignitatis habenda eſt ratio, quatenus tamen legibus permiſſum eſt, & aliorum beneficiis & priuilegiis non derogatur. Neque enim priuilegiatus aduerſus priuilegiatum ſuo priuilegio vti poteſt *arg. l. ſed & milites 8. de excuſat. tut.* niſi diuerſa ſit vtriuſque ratio *l. fin. ff. Quib. ex cauſ. mai. vbi Dd.* 53

K 3 CAP.

Capvt .VII.

Quomodo nobilitas conſeruetur & amittatur.

Svmmaria.

1 Nobilitas propria virtute conſeruari debet.

2 Nobilis luxurioſe & ſcelerate viuens ipſo iure nobilitatem amittit.

3 Exercitio artium mechanicarum amittitur nobilitas. n.7.

4 Nobiles mercaturam exercere prohibentur. 6. 8. 9. 10. 11. 12.

13 Niſi conſuetudine regionis aliud inductum ſit.

14 An nobilibus cereuiſiam coquere & diuendere permiſſum ſit? n. 15.

16 Vtrum hoc conſuetudine introduci poſſit?

17 An nobilis omnimodam iuriſdictionem habens ſtatutum condere poſſit, vt ſubditi à nemine quam ab ipſo cereuiſiam emant. n. 18.

19 Propter quas artes amittatur nobilitas.

20 Pater hoc modo nobilitatem amittendo an præiudicet filiis?

21 Agricultura, vel ruri habitando non amittitur nobilitas. 22.

23 Nec paupertas derogat nobilitati.

24 Nobilis procuratoris officio in ſummis iudiciis citra præiudicium nobilitatis fungi poteſt, & notarii, n. 25.

26 *Aduocatorum munus bene ſuſtinet.*
27 *Officium iudicis non derogat ſed auget potius nobilitatem.*
28 *Nec Theologia nobilibus dedecori eſt.*
29 *Iurisprudentia nobilitõatem cfert: iam ante habitam auget & conſeruat.*
30 *Medicinia nobilitati non obeſt.*
31 *Hiſtoriarum cognitio, artium liberalium ſtudiũ, & oratoria nobili maxime vtilis.* 32. 33.
34 *Venatio nobilibus peculiariter competit.*
35 *Nec ſaltatio tempeſtiua prohibita.*
36 *Ingratitudine amittitur nobilitas.*
37 *Vtrum nobilis beneficio nobilitatis poſſit renuntiare.*
38 *Nobilitate licet amiſſa, onera nihilominus nobilitatis praeſtanda.*

NObilitas tum propria, tum maiorum progenitorum virtute acquiſita, propria † 1 virtute ſummo ſtudio & induſtria conſeruanda & illuſtranda eſt. Vnde recte Boethius *lib.3. de conſolat.* Quod ſi, ait, quid boni in nobilitate ſit, id ſit certe, quod neceſſitas nobilibus imponatur, vt ſuos anteceſſores imitentur, neque degenerant de virtute & magnitudine, quæ illis relicta eſt.

Et certe Nobiles tum demum hæred[illegible] æſtimandi ſunt, cum & præſumptione gene[illegible], & ſua virtute nobilitatem illuſtrant. Nam cum

è nobili ſanguine nati, à virtute parentum deflectunt, non ſolum ſibi ipſis, ſed etiam maioribus dedecori ſunt, quorum virtutem & nobilitatem ſuis vitiis proſtituunt, & dehoneſtant.

Laus eſt creari ſplendidis maioribus.
Sed iſta laus eſt ſortis arbitrariæ:
Nec tam decorum genere prognaſci bono,
Quam turpe auorum gloriam indecentibus
Fœdare factis: obruiſſe ignauia.

Incumbit itaque ſucceſſoribus nobilitatis: ne à veſtigiis maiorum degenerantes, ſuperciliose nudam duntaxat nobilitatis imaginem iactent: ſed potius vt imitantes anteceſſorum ſiue progenitorum ſuorum res geſtas & merita, nobilitatem in ſe deriuatam, virtute contineant: exerceant vitæ genus conueniens & condignum in moribus, in conuerſatione, tãtam modeſtiam, grauitatem & fortitudinem animis præ ſe ferentes, vt inde à plebeis ſeparari, & à quibuſcunq; cognoſci queant. Inde enim Nobiles dicuntur à noſcendo: quaſi noſcibiles, & præ cæteris noti, vt etiam ex aſpectu & inceſſu cognoſci queant. Sic Dido apud Vergilium: ex ore coniecit Æneam eſſe ex genere Deorum, id eſt, Principum:

Quam ſeſe ore ferens, quam forti pectore & armis.

Cre-

Credo equidem, nec vana fides, genus eſſe Deorum.

Cauendum eſt † nobilibus, ne ſint luxurioſi, libidinoſi, ſuperbi, minitabundi, iracundi, implacabiles, inclementes *l. fœdiſſima C. de poſtlim. reuerſ. l. in concubinatu ff. de concubin.* ne ſint Leones in pace, & cerui in bello. Eleg. Tiraq. *cap.* 37. 2

Quod ſi vero virtute relicta, nobiles licentia nobilitatis abutantur, & vitiis ſceleribuſq; ſe dedant: & furta, rapinas & ſimilia crimina, infamiam annexam habentia committant, ſtatim ipſo iure nobiles eſſe deſinunt, & nobilitatem amittunt: nec non viles & infames declarari poſſunt *l. ſi qua C. de ſecund. nupt. l. ſenatoris filio ff. de ſenatorib. l.* 1. *C. vbi Senat. vel clariſſ. l. quoties C. de dignit. lib.* 12 *c. nobilis* 2. *quæſt.* 5. vereque in eiuſmodi degeneres cadit, quod Cicero in Piſonem: Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum, quale ſimile nihil habes, præter colorem. Propterea tales nobiles degeneres, non præmio virtutis, ſed pœna digni: quod ipſi in cute perditi, & ſuo exemplo Rempublicam perdant Cic. *lib.* 3. *de legib.*

Præterea nobilitas † amittitur per turpitudinem vitæ, quæ conſiſtit in muneribus & officiis ſordidis, omnibuſque artificiis & artibus vilibus & mechanicis, quæ magis corpo- 3

ris miniſterio, quam animi induſtria perficiuntur, vt conficiendi pollinis, aut panis excoctio, aut obſequium piſtrini, vel parangariarum præbitio *l. maritum l. ſordidorum* C. *de excuſat. mun. lib.* 10. *l. nobiliores* C. *de commerc. & mercat. l. ne quis* C. *de dignit. lib.* 12. Gail. 2. *obſ.* 51. *num.* 7. Ratio eſt: quod ingenii robur ac animi excelſi vim, quæ nobilibus ineſſe debet, mercede conducti amittant. Et certe parum eſt, nobilem eſſe quem, niſi etiam illud concurrat, vt nobiliter viuat Guido Papæ *quæſt.* 391.

4 Sed an de † iure coquendi & vendendi cereuiſiam, exercendique mercaturam, idem intelligendum ſit? ſæpius in controuerſia fuit apud Iuriſconſultos. Sane mercaturam eſſe de iure gentium conſtat; quippe quod ratio ipſa mercaturam confirmandæ ſocietatis humanæ cauſa introductam eſſe ſuadet, cum experientia teſte, nihil magis ea ſit vtilius ciuitatibus, nihil honeſtius, nihil magis neceſſarium: interdicta tamen eſt nobilibus mercatura ab Imperat. Diocletiano & Maximiano *in l. ne quis Cod. de dignit. lib.* 12. deinde ab Imperat. Conſtantino *in l. vnica* C. *de perfectiſſ. dignit.* poſtmodum ab Imperat. Honorio & Theodoſio *in l. nobiliores* 3. *Cod. de commerc. & mercat.* ab Imperatore Leone *in l. milites C. de locat. & conduct. itemque in l. milites* 2. C. *de re milit.* ab Im-

ab Imperatore Zenone *in l.agentes 1. C.de præpoſ.agent.in reb.& in l.ſi cohortalis C.de cohortalib.* & denique poſt hoſce omnes ab Imper.Iuſtiniano *tot.tit.C.negotiatores ne militent,& in l.licet fin.C.de locat.conduct.*

Neque his intra annos 494.& 520. ab Anaſtaſio promulgata conſtitutio *in l.fin.C. de iuriſd.*derogat. Quæ iis qui profeſſiones aliquas ſeu negotiationes exercent, militiæ quidem & dignitatis prætextu iudicum, ad quorum ſolicitudinem profeſſionis ſeu negotiationis,quam ipſi prẹter militiam exercent,gubernatio reſpicere videtur, iuriſdictionem & præceptionem declinare prohibendo profeſſionum & negotiationum ipſarum exercitiũ ſimul & militiam dignitateſque permittit. Nam,vt recte reſpondet ICtus eximius Franc. Pfeil *reſp.*202.*n.*32.exemplaria, quæ à mendis repurgata ſunt, ita habent: Profeſſionis ſeu negotiationis,quam propter (non præter)militiam exercent. Quæ lectio rationi quoque priorum conſtitutionum, & Iuſtinianeæ annos plus minus viginti poſt editæ, congruit, & idcirco omnibus modis amplectenda *Vulg. l. vnic. Cod. de inoffic. dot. c. cum expediat de elect. in 6.* Quamuis etiam ſi lectio incorrecta conſiſtat minime ſuſpicandum, multo minus credendum ſit,huius conſtitutionis authorẽ Romanum Principem, totam illam diſcriminis

inter

inter honeſtas & abiectas profeſſiones obſeruationem, multis anteceſſorum vigiliis excogitatam atque inuentam, vna quaſi dictiuncula tollere aut euertere voluiſſe *l. ſi quando C. de inoffic. teſtam. Cod. Eccleſia 2. de elect.* Quin etſi voluiſſet, adeoque etiam ſuſtuliſſet: certe conſtitutio illa non niſi eo caſu, quo armatæ militiæ ergo, ſcilicet ad armorum exſtructionem, profeſſio negotiatiove collocata ſit, aut militiæ cuipiam inermi diſtractores argenti dediti ſint, conſiſteret, ſcilicet vt temporis prærogatiua potiores Iuſtinianeæ hanc vel interpretatione declaraſſe, vel rurſus è medio ſuſtuliſſe, adeoque priores his duobus tantū caſibus exceptis denuo in forum reuocaſſe atque confirmaſſe videantur *l. & ideo ff. de legib. l. fin. ff. de conſtit princ.* Huc vſque Fr. Pfeil *d. loc.*

5 Ratio autem † quare nobilibus eſt interdictum negotiari eſt: Tum vt facilius ſit emendi vendendique commertium inter plebeios & mercatores: quippe cum emptores ab his quid ementes, liberius & audacius liceri merces poſſint: tum quod periculum ſit, ne opibus & potentia ſua commertiorum totam vtilitatem ad ſe trahant, & ita plebei & infirmiores negotiatores in ciuitatibus opprimantur: quam rationem innuit textus *in d. l, nobiliores* per quem dicit Baldus *ibidem*, quod is qui exerceat artes mechanicas (quaſi mercatura

ſit ars

ſit ars mechanica) non poſſit eſſe nobilis. Et quamuis ſint, qui velint, ſecus eſſe, ſi nobiles exerceant negotiationem per alios Mynſ. *6. obſ.54.n.13.& 16* ſecutus Tiraquellum *de nobilitate cap.27.n.7.& ſeqq.* verius tamen † videtur, non referre, an nobilis ipſe, vel per alios ſuos miniſteriales negotietur: tum quia leges allegatæ, quę negotiationem prohibent, indiſtincte loquantur: tum quia hoc quoque caſu rationes *dict.l. nobiliores 3.* fortiter militant: quippe quod nobilibus etiam per alios negotiantibus, periculum ſit, ne opibus ſuis, commerciorum totam vtilitatem ad ſe trahant, & ita plebei & infirmiores negotiatores opprimantur: vbi igitur eadem ratio, ibi idem ius ſiue eadem iuris diſpoſitio *l. Diuus Pius* §.1. *de petit. hæredit. cum ſimilib.* Tum quod quis ſuo nomine exercere & facere prohibetur, id nec per ſubiectam perſonam, vel alium, aliove modo aut colore quæſito agere debeat vel poſſit *l.2.§.1. de adminiſt. rer. ad ciuit. pertin. vbi eleg. Accurſ. l.1. C. Quib. ad conduct. præd. fiſc.* Et hanc ſententiam tanquam veriorem tenet Franciſcus Pfeil *d. reſp. 202.n.97.* & Henricus Bocerus *in tract. de regalib. cap.2.n.56.* 6

7 Firma itaque iuris † concluſio ſit, quod nobiles mercaturam exercentes, nobilitatem perdant, & deinceps ignobiles habeantur, & dicantur: quam communem eſſe dicit Schra-

deius

derus *conſil.44.n.4.cum ibi alleg.* & Pfeil *d.loc n.* 34.§.*& nobilis.* Et licet in quibuſdam locis negotiari permiſſum ſit nobilibus ex ſtatuto vel conſuetudine; nihilominus tamen ob humilem & abiectam iſtam profeſſionem aliquantiſper quaſi eorum nobilitati decedere, refert Cepolla *de Imperator.milit.delig. in materia nobilitatis quæſt.*18. quem ſequitur Franciſc. Pfeil *d. loc.*§.*neque hoc caſu.* & proinde eiuſmodi nobiles mercatores, cum haud nobiliter, ſed plebeiorum modo viuant, quæſtumque ex opera ſordida faciant, etiamſi de nobili proſapia deſcenderint, non ſecus ac alii collectis ſoluendis obnoxii ſunt: adeoq; ad contributionem cogendi: pro vt quoque in Gratianopolitano Parlamento in hanc ſententiam determinatum fuiſſe, teſtatur Guid Papæ *deciſ.*196.*& deciſ.*391. & per fundamenta quamplurima in vtramque ſententiam collecta, tandem concluſiue probat Tiraq.*de nobil.cap.*33. pro qua ſententia faciunt text. *in l. humilem C.de inceſt. nupt.l.ſenatores C.de naturalib. liber. l. quæſitum §. Trebatius l.ſi ita ff.de inſtr. vel inſtrum. leg.l.vnic C. de Piſtor.cum ſimilib.aliis allegatis à* Fr. Pfeil *d. loc. n.*33.§. *Et ſane prædicta.*

Sic quoque in legibus latis de ludis equeſtribus ſeu torneamentis expreſſe cauetur *artic.*11. vt nobiles qui ludis iſtis intereſſe velint, ſe abſtineant à mercatura: & ſi ſecus fecerint,

cerint, pro more ludorum puniantur. Eadem ratione quoque leges Regni Poloniæ mercaturam in nobilibus damnant. Sic namque de eo ſtatutum Regis Alexandri in Radom Anno 1505. factum, diſponit his verbis: Quorum tamen (ſcilicet nobilium) parentes, & ipſimet viuant, & vixerint ad inſtar aliorum Nobilium in Regno: & non exercuerint, vel exerceant artes eas & actiones, quas communiter ciues, & qui in ciuitatibus morantur, exercere ſolent. Per contrarium enim vſum, nobilitas ipſa in popularem & plebeiam conditionem tranſire ſolet, refert Andreas Lipſcius *centur.* 1. *obſ. practic.* 74 *num.* 8.

Et quidem † rationi & æquitati, adeoque etiam Principum tales leges ferentium voluntati maxime congruit, cum inferioris ſortis hominibus ſuperiorum ordinum officia, honores ac dignitates attentare, propter vilitatem, qua ex negotiationum & opificiorum abiectorum veluti ſordibus laborare iudicantur, tam ſeuere prohibitum ſit, ſcilicet, vt omnis honor atque militia contagione huiuſmodi ſegregetur, ne dignitas ipſa quæſtus illiberalis vilitate ſordeſcat; ita viciſſim quoque in ſuperiori ſorte poſitis, haudquaquam permitti, vt & inferiorũ more compendia 8

pendia

pendia vilia facere ſimul & priſtinam ordinis dignitatem, quam talia perpetrando contempſerunt, fœdiſſimeque deformarunt, obtinere poſſunt, ſcilicet aduerſus legum interdicta poſthac etiam ſibi de honore blandientes eo, quo ſeipſos contra eiuſdem honoris decorem inhoneſte verſando indignos iudicauerunt ac probauerunt, adeoque grauiorem fortaſſis etiam pœnam commeruerunt *ſunt, verba* Franciſci Pfeil *d. reſp.* 202. *n.* 34. *per ibi alleg.* Prout itaque leges de hac re latæ, ita quoque ſeruandæ ſunt *l.* 1. *l nam & Demoſthenes ff de legib.* §. *ſed & quod Principi Inſt. de iure natur. gent. & ciu.* Quoipſo etiam decenter conſeruantur diſtincti tres ordines & ſtatus mundi, Eccleſiaſticus nimirum, ſecularis & ſubditorum **der Geiſtlichen/ der Herꝛſchafften / vnd der gemeinen Leute vnd vnterthanen Stand.** Vel vt habet gloſſa **Landtrecht** *lib.* 3. *artic.* 79. **der Prieſter/Ritter/vnd Bawren.** Quibus ſingulis ſua etiam diſtincta munia aſſignata ſunt, ſecundum vulgatum verſum:

Tu ſupplex ora: tu protege: tuque labora.

de quibus apud Franciſcum Pfeil *d. reſp.* 202. *n.* 41. *& ſeqq.* quæ omnibus modis, prout cuique aſſignata ſunt, ſeruanda: quod D. Apoſtoli Pauli locus 1. *Corinth.* 12. de membrorum diuerſis officiis, diuerſoque cultu & honore, optime & pulcherrime probat, membrorum

ſeu

ſeu partium, imo vnius eiuſdemque corporis vt eadem ratio, ius idem; ita viciſſim rationes diuerſæ diuerſam quoque diſpoſitionem exigunt *vulg l.ſi poſtulauerit §.ratio ff. ad L.Iul. de adult.cum ſimilibus* Imo alia perſona, aliud ius *l.ſed etſi poſſeſſori §.fin & l.ſeq.de iniur.* Merito itaque quod inferioris gradus hominibus permittitur, idem ſuperiori gradu conſtitutis prohibetur *l.obſeruandum ff de rit. nupt. l.vnic. Cod.Quand.Imp.in pup.& vid.* Et ſuum cuique tribuere, non autem omnium ſingulorumque iura confundere, iuſtitia eſt *l.iuſtitia ff. de Iuſtit.& iure §.iuſtitia Inſtit.eod.* Weſenbec. *in paratt.de iuſt.& iure.* Diſtincta itaque ſint hominum exercitia in ciuili ſocietate. Et cum negotiatio proprie conueniat illis, qui in ciuitatibus verſantur & ciues vocantur, ab ea merito arcentur nobiles; qui alias ex prædiis & bonis ſuis feudalibus ſuſtentationem habent. Sin vero nobiles exerceant mercaturam, vel alium actum non correſpondentem nobilitati, cenſentur nobilitati renunciare Guido Papæ *quæſt. 196. §. præterea ipſi nobiles.*

Neque obſtat † huic ſententiæ, quod em- 9
ptiones & venditiones, cæterique contractus pene omnes & commercia ſint ex iure gentium *l. ex hoc iure ff. de Iuſtit. & iure §.ius autem gentium Inſtit.de iure nat.gent.& ciuil.* & conſe-

L quen-

quenter ex hoc iure procedentibus commerciis nemini non perfrui liceat, neque alius alium prohibere debeat *l in his Cod.de præd.& aliis rebus nauicul. l.ſicut C.de obligat. & act.l.dudum C de contrah.empt.l.libertini l.quæro ff.de iure patron.*imo iniuria cenſeatur, ſi fiat, *l.prætor §.ſi quis in mari ff.ne quid in loco publ.l. iniuriarum* 1.§.*ſi quis ff.de iniur.*

Nemo enim negabit: Principi etiam de iis quæ ex iure gentium originem traxerunt, atque contractibus, etſi non in totum tollendo, tamen in partem limitando moderandoque, diſponendi præſertim ob cauſam tranquillitatis & vtilitatis poteſtatem competere Fr.Pfeil *d.reſp.*202.*n.*57. adeoque cum commerciorum libertas legum & magiſtratuum arbitrio moderationique ſubiecta eſt:idcirco non immenſa neque effrænis omnino cõmerciorum inter homines libertas eſt, ſed pro vt à legibus & magiſtratibus ea præſcripta, libertas enim eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere licet, niſi quid vi aut iure prohibeatur §.1.*Inſtitut.de iure perſ. l.libertas ff.de ſtat. hom.* Et ius ſiue lex eſt humanarum rerum Regina: vtpote quæ & regulam iuſtis iniuſtiſque præſcribat, facienda iubeat, non facienda prohibeat *l.* 2. *ff. de legibus.* Quamuis itaque pro ſua quiſque libidine alter alterum prohibere vel impedire non poſſit; autho-

authoritate tamen magiſtratus interpoſita recte cohibetur, ſi quis contra legum & magiſtratuum præſcripta nitatur: cuiuſmodi prohibitio dolum aut iniuriam non continet *l. non videatur* §.1.*l.qui authore l. iuſte ff. de acquir. vel amitt. poſſ. d.l iniuriarum.* Præterea † cum 10
Principes ſiue Imperatores authoritate ſuprema & Imperiali ita conſtituerunt, vt nobiles præ plebeis ſint digniores, itemque priuilegiis & immunitatibus præeminentiores; ſimul autem quibuſdam negotiationibus ciuilibus illis interdixerunt *in d.l nobiliores 3.cum aliis ſimilib.* non immerito nobiles huic etiam conſtitutioni ſe ſubiiciunt. Poſtquam enim inſtitutæ ſunt leges, non de ipſis, ſed ſecundum ipſas iudicari debet. Et iudicium ſiue poteſtatem Principis in diſquiſitionem vocare, ſacrilegii inſtar habetur *l diſputare C.de crim. ſacrileg. c. ſi quis ſuadente* 17.*quæſt.*4. Et ſiquidem nobiles præ plebeis honorari volunt; etiam ab eorum negotiationibus ciuilibus abſtineant. Non enim ferendus eſt, ex Principis conſtitutione, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit *l.vnic.* §.*pro C.de caduc.toll.*§.1.*Inſtit.de legit.patron.tut.l. ſi igitur ff.pro ſocio c.qui ſentit c.rationi de reg.iur. in 6.*

Deinde obſtare videtur: † quod dicitur, 11
vnumquemq; eſſe rerum ſuarum moderatorē

& arbitrum *l. in re mandata* C. *Mand.* Quod adeo verum eſt; vt etiam ſi quid rerum ſuarum perdatur aut negligatur ab aliquo, nulla cuique ob id competit actio *l.ſed etſi lege* §.*conſuluit l.ſi quid poſſeſſor* §. *ſicut autem ff. de petit. hæred.l.legis ff.ad L. Aquil.* Iuſtum itaque exiſtimatur ſua cuique committere, etiam Iudæo *l.nemo* 2.*C.de Iudæis.* Contra vero iniquum, ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum alienationem *l.non vſque adeo ff.ſi à pat. quis manum.* Imo grauis hæc videtur eſſe iniuria, vt homines de rebus ſuis aliquid facere vel omittere cogantur inuiti *dict. l.dudum.* Neque tolerabile iudicatur, quod in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid paciſcantur aut faciant alii *l.fin.Cod.de pact.* Sed reſpondendum eſt: ſuæ quidem vnumquemque rei moderatorem & arbitrum eſſe: verum quatenus lex ipſa, rerum actionumque humanarum domina, & huius cuſtos magiſtratus non prohibendo permittunt *dict.l.dudum.* Neque res ſuas quaſuis, neque cuiuis, neque quolibet modo aut tempore retineri aut diſtrahi poſſe, ſi magiſtratus inhibeat, notiſſimi iuris eſt *l.omnia* §.*cura carnis,& ibi* Bart.*de offic.præf.vrbi l.ſi in emptione* §.1. *& ibi* Bart. *l.non licet ff.de contrah.empt.l.in quorum ff.de pign.l.ſi ita quis* §.*ea lege vbi* Bart. *de verbor.obligat.cum ſimilibus adductis à* Françiſc.Pfeil *dict.reſp.*202.*num.* 59.*in*

59.*in fin. vbi addit*: Doctores ita communiter ſentire.

Sic quoque nemini licet pro libitu ſuis rebus abuti. Vnde ſi quis res ſuas petulanter & temere profunderet, in mare abiiceret, perderet; ſi non priuata, certe publica magiſtratus authoritate non cohiberi tantum, ſed & coerceri, nonnunquam etiam puniri poſſet. Expedit enim Reipublicæ, ne quis re ſua male vtatur § *.in poteſtate Inſtit. De his qui ſunt ſui vel al.iur.* eiuſdemque rei animaduerſio, ad magiſtratus officium pertinet *dict.* §. *in poteſtate & l de iure* 1. §. 1. *& l. ſeq. d. tit.* Hinc eſt, quod prodigis bonorum ſuorum adminiſtratione interdicatur *l.* 1. *ff. de curat. furioſ. prodig. l. curatores C. eod.* Hinc itidem eſt, quod rerum ſuarum pupillus; pupillarium tutor atque curator; dotalium, maritus: feudalium dominus ac vaſallus: Eccleſiaſticarum denique politicarumque adminiſtrator, diſtractionem non habeant, niſi ex legis formula, magiſtratuſque præcepto. Sic quoque vltima defunctorum elogia, quamuis fauore maximo, quocunque ſaltem fieri poſſit modo, ſuſtineantur in iure, adeoque etiam nomen legum illis Imperator impertiat *Nouell.* 22. §. *diſponat.* non tamen adimplentur; niſi quod præcipiunt legitimum, aut nulla lege prohibitum ſit *Nouell.* 1. §. *his igitur.* Quare etiam

conditiones, quæ contra Imperatorum edicta, aut contra leges, eave quæ legis vicem obtinent ſcriptæ, item quæ contra bonos mores, vel deriſoriæ ſunt, aut huiuſmodi, quas Senatus, Imperator aut prætor improbauerit, pro non ſcriptis habentur *l. conditiones 2. cum l. ſeq ff. de condition. inſtit.* In quibus hoc etiam eſt, quod teſtatoris reliquias ſuas in mari abiici iubentis, voluntati non obtemperans hæres, non tantum ſucceſſionis non priuatur emolumento, ſed & laudandus exiſtimatur, quod memor humanæ ſortis eas ſepulturæ commendauerit *l. quidam 27. d. tit.*

12 Tertio obiicitur, † quod innocentibus pœnæ infligi non debent. *l. illicitas § neque ff. de offic. præſ. l. meminerint C. vnde vi.* At certe pœna eſt, commerciis hominum, artificio negotiatione vel contractibus interdici *l. moris ff. de pœn. c. poſt miſerabilem c. quanto Ext. de vſur.* Sed recte hoc negatur. Sane negotiatione licita quempiam prohiberi pœna eſt, innocentibus nequaquam infligenda: at ab illicita negotiatione cohiberi, qua prohibitus ſua ſponte abſtinere debebat, ipſiſſima iuris executio eſt, quæ non habet iniuriam *d. §. nec illicito d. §. is qui iure.* Quod enim Reipublicæ vendicandæ, ſecundum bonos mores fit, etiamſi ad contumeliam alicuius pertinet, quia tamen non

non ea mente magiſtratus facit, vt iniuriam faciat, ſed ad vindictam magiſtratus publice reſpiciat, actione iniuriarum non tenetur, inquit Paulus *in l.quod Reipublicæ* 33.*ff. de iniur.* Denique cum nobilibus nõ ſit ius negotiandi, exinde etiam non poteſt dici, iniuriam illis fieri quando negotiari illis interdicitur: Priuatio enim præſupponit habitum *l. manumiſſiones ff. de iuſt. & iure.*

Cæterum quod dictum † eſt, de negotiatione & mercatura nobilibus interdicta, illud ita temperandum eſt, vt procedat, niſi mos vel conſuetudo regionis aliud induceret Alciat. *in l. mercis ff. de v. ſ. & in tract. de præſumpt. reg.* 1 *præſumpt.* 48. Mynſing. 6. *obſeruat.* 54. *num.* 11. Bocer. *de regalibus cap.* 2. *num.* 54. Quemadmodum id in Italia, Britannia, & Luſitania locum habere ſcribit Bodinus *lib.* 3. *de Republ. cap* 8. Et de Venetis & Genuenſibus teſtatur Cepolla *in tract. de Imper. delig. in materia nobilitatis quæſt.* 18. vbi tamen ſubdit: quod in locis, vbi nobiles ex ſtatuto vel conſuetudine mercaturam exercere poſſunt, aliquid tamen per hoc nobilitati ipſorum detrahatur; quod & ſupra tactum. 13

In illis etiam locis, in quibus eſt talis conſuetudo, vt nobilitati non deroget mercatura, illud animaduertendum exiſtimat Matthæus de Afflictis *ad tit. Quis dic. Dux, Comes,*

Marchio num.32.in fin. lib.2. feud. quem ſequitur Bocerus *de regalibus cap 2. num.55.* vtrum quis magnam vel vberem, an vero tenuem & quæſtuoſam exerceat mercaturam. Mercatura enim (teſte Cicerone in officiis) ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt: ſi magna & copioſa, multa vndique apportans, multiſque ſine vanitate impartiens, non eſt admodum vituperanda. Et ideo huiuſcemodi negotiationem ſeu mercaturam, nihil derogare ſplendori natalium & nobilitati, teſtatur etiam gloſſa *in clementina, de vita & honeſtate Cleric.* Pro regula itaque tenendum eſt: Omnia exercitia, in quibus eſt turpis lucri ſeu quæſtus occaſio & captatio; ac præterea omnia officia, in quibus eſt turpis quædam operarum locatio, nobilitati præiudicare Tiraq. *de nobilit.cap.37.num.4.num.34.& num.50.* Et ita intelligendum eſt, quod ex facto reſpondit Calcaneus *conſil.8.in cauſa pendente*, vbi dicit: Nobilem ex genere, non perdere nobilitatem ob exercitium mercaturæ.

Quin & nobiles tenuis fortunæ, pro vitæ ſuſtentatione mercaturam licite exercere, ſcribit Lucas de Penna *in l.vlt.C.de fund. Limitroph.* Sic quoque mercaturam exercere licere nobili, ex neceſſitate loci, in quo nulli alii reditus vel fructus ſunt, tradit Matthæus de Afflictis *in dict.tit Quis dicatur Dux num.31.*

Addit

Addit autem, eos non eſſe nobiles in alio loco niſi recipiantur vt nobiles in illo alio loco, quin autem nobiles fructus ex propriis fundis vbertim natos licite diſtrahant, non dubitandum eſt.

14 Iam videbimus quoque de iure coquendi† & vendendi cereuiſiam, Quamuis autem coquere inter vilia & illiberalia artificia recenſetur *Ariſtot.*1. *Politic.cap.*4. prout quoque ex legibus ciuilibus colligitur, coquorum artem ſeruilem fuiſſe, *l. legatis ſeruis* §. *ſi vnus & l. ſeruus vrbanus. de legat.* 3. nihilominus tamen, ſecundum iuris communis diſpoſitionem non eſſe prohibitum, ex lupulo & hordeo in agris ipſorum nato, cereuiſiam non ſolum coquere, ſed etiam aliis vendere, reſpondit Ludolphus Schraderus *conſ.* 47. quaſi vera ſit Dd. opinio, qui volunt, ei cui mercimonia ſiue negotiationes interdictæ ſunt, indiſtincte permitti, vinum, oleum, & frumētum, lupulum, reliquoſque fructus ſibi in agris propriis natos aliis vendere *allegati magno numero à Schrad. d. conſ.* 44.*num.*8. Et in ſpecie, quod Nobilibus permittatur, vinum, oleum, frumentum, reliquoſque fructus in agris propriis natos aliis vendere, tradit Aymon Crauetta *conſ.* 163.*nu.* 3.*lib.*1. & late confirmat Schraderus *d. loc. nu.* 9. *& aliquot ſeqq.* vbi addit *num.*23. textum in *d. l. nobiliores.* Secundum communem receptam

&veriſſimam ſententiã non procedere, quando nobiles fructus in feudis ſuis propriis natos vendere vel in aliam ſpeciem mutare, & ita diſtrahere volunt. In qua ſententia etiam eſt Ioachimus Mynſingerus *decad.* 15. *reſp.* 1. *numero* 78.

Sane hoc nemo negabit: licere nobilibus pro neceſſitate domus ſuæ & familiæ propriæ cereuiſiam coquere, vel frumentum in propriis agris natum aliis vendere: Vti quoque mercimonia ciuium nobilibus conceſſa intelliguntur pro neceſſitate ſuæ domus & familiæ: de quo caſu etiam allegati à Schradero Dd. loquuntur: & ita quoque regulam *d.l. nobiliores* limitari teſtatur Mollerus *lib.* 4. *ſemeſt. capit.* 17. *n.* 1.

15 At cereuiſiam † coctam, vel panes factos aliis vendere, minime nobiles decere exiſtimo: cum hoc eſt negotiari ſiue mercari, quod nobilitati aduerſatur. Nobilitas enim & mercatura ſibi inuicem repugnant, nec ſimul ſe inuicem compatiuntur *arg. l. milites Cod. de locat. & conduct. l.* 1. *Cod. Negotiatores ne militent*. Aſſentiendum itaque eſt potius Fr. Pfeill *d. conſilio ducenteſimo ſecundo*, *numer.* 76. vbi recte tradit: frumentum ſeu grana pinſere & coquere, deinde panem & potum ſecundum artis Piſtoriæ & braxatoriæ regulas conficere, venumque publice dare, atque proſtituere, non

eſſe fructus ex prædiis ſuis collectos, vel alias obuenientes diſtrahere. Siquidem frumentum ipſum in ſua non permanet ſpecie, ſed toties mutatum quodammodo exſtinguatur, & aliud inde reductum, & auctario quodam ſuo confectum diſtrahitur *l. Iulianus* §. *ſi quis rem ff. ad exhib. leg. ſeria ff. de auro & argen. leg.*

Itaque cum aliud ſit materiatum, aliud materia: de altero ad alterum non infertur, neque conſtat argumentum *iurib. iam alleg. & l. ligni ff. de legat.* 3. *leg. ſi conuenerit* 2. §. *ſi quis cauerit ff. de pignorat act.* Sic etiam Baldus, in caſu ſtatuti, frumentum euehi prohibentis: euectionem farinæ haud prohibitam eſſe docuit *in leg. quod non ratione ff. de legibus.* Imo lucrum hic non ſola venditione, ſed ex ipſa etiam coctionis & braxionis opera, cum quæratur, quid eſt, ſi non hic etiam quæſtus negotiationis eſt? *leg. certe cum l. ſeq. ff. pro ſocio.* Quid eſt, ſi non hoc etiam artis ipſius piſtoriæ & braxatoriæ adeo tabernæ & cauponæ exercitium eſt, quod vtique mechanicum dicitur, & inter viles artes ac negotiationes, adeoque inter plebeia commercia reputatur: quo nobiles vel non vti debere, vel vtentes, nobilitatis decorẽ & priuilegia ipſo facto abiicere, Baldus, cæterique Dd. n modo allegati non temere ſentiunt,

tiunt. *Franc. Pfeill d loc.* Nec intereſt, an quis ipſe, vel alii ex mandato factum braxationis & venditionis pręſtent: Nam exercere mechanicas artes, quæſtumq; negotiatorium facere cēſetur ac dicitur etiam ille, qui aliorum opera vtitur, modo ipſe obuentiones omneſq; reditus percipiat *d.l. vtilitatem ff. de exercit.* Et quod quiſque per alium facit, ipſe feciſſe cenſetur *c. quod quis per alium de reg. in 6. Pfeill d. loc. num. 67. & ſeq.*

16 Sic quoque conſuetudine introduci, † vt nobilibus cereuiſiam coquere, aliiſque vendere liceat, etiam poſito, nobilibus ſecundum iuris diſpoſitionem hoc prohibitum eſſe, aſſerit Schraderus *de conſ. 44. numer. 24. & ſeq.* itemque Myſingerus *decad. 15. reſp. 1. num.* 78. Sed Franciſcus Pfeill, de eadem facti ſpecie, vt opinor, conſultus, primo prætendit, cōſuetudinis in actis ad ſe miſſis non fuiſſe factam mentionem. Et licet conſuetudo aliqua allegaretur, illam vti irrationabilem cenſendam eſſe, tanquam ex initio maxime vitioſo deductam *l. quod vero contra naturam l. quod non ratione ff. de legib.* Porro, *inquit Pfeill d. loc.* quod in ſacro Romano Imperio contra ſacratiſſimas conſtitutiones nobilib. à natalib. perniciosum vrbibus mercimonium & plebeium quæſtum prohibentes cereuiſiarum tabernā atq; cauponā exercere, quod contra iu-

ra

ra diuina, humanaque & bonos mores vicinis ac ſubditis ſuis, quos amore paterno fouere tuerique debebant, iure naturali gentium & ciuili conceſſam commerciorum libertatem eripere, & aliorum cura in commodo, detrimento, iactura, iniuria, commoda ſua comparare ſtudent, conniuentibus ad hoc etiam ſuperioribus ſuis, quos leges Imperatorias obſeruare, tuerique, non negligere, non pro ſua cuique petulantia violandas permittere aut proſtituere oportebat, id ex ipſa malorum humanorum omnium cauſa & radice auaritia procedere, & indecorum, violentum, iniurium & iniquum exiſtit. Vnde conſequitur: inde vtpote ex initio maxime vitioſo conſuetudinem ad tollendas è medio vel abolendas aut negligendas honeſtas æquas & vtiles publicas Imperij Romani leges, idoneam produci non poſſe. Radix enim morboſa, non facit viuentem ſtipitem, & originis vitium etiam ea, quæ inde enaſcuntur atque ſequuntur, inficit *l. quod ſi nolit. §. qui mancipia ff. de ædilit. edict. & ibi gl. l. non dubium Cod. de legib. l. qui rem Cod. de locat. & conduct. cum ſimilib.* Confirmatur hæc ſententia: Quia talis nobilium tabernaria & cauponaria, ſubditorumq; ac vicinorum preſſura, vtpote ſordida, monopolica, & tyrannica, naturæ, honeſto, iuſto, & æquo, adeoque vniuerſæ illorum profeſſioni repugnās

etiam

etiam ſtatuendi, mandandi, præcipiendi aut perſuadendi modo introduci atque ſuſtineri nō poteſt. Quare idem ab eadem radice, parique cauſæ potentia cum ſtatuto procedens, conſuetudo ipſa quoque non efficiet *l. ſi libertam Cod. de nupt.* vbi diſerte Imperator: cum ex vna, inquit, radice vitium naſcitur, conſequens eſt, vt vna lege tollatur. *Huc vſque Fr. Pfeill, cuius verba tanquam emphatica huc apponere libuit.* Quin & cereuiſiam coquere, aliiſque vendere nobilibus interdictum eſſe, expreſſe quoq; atque in ſpecie reſpondit Hieronymus Schurff. *conſ. 32. n. 3. vol. 1.*

17 Denique ſi nobiles † in pagis ſuis merum & mixtum imperium omnimodam iuriſdictionem habeant, permitti illis tale ſtatutum condere, ne ſubditi ipſorum ab aliis quam ipſis cereuiſiam emant, aſtruit idem Schraderus *d. loc. num. 55. & ſeqq.* Et videtur pro hac ſententia facere, quod in re ſua locoque ſuo facere cuilibet licet, quod ſibi prodeſt: etiamſi conſequenter alteri noceat: dummodo bona fide, ſuo commodi gratia, non principaliter, vt alteri incommodet, faciat: id quod etiam præſumitur *l. fluminum §. fin. l. Proculus ff. de damn. infect.* Cum autem quod de re ac loco iuris eſt, idem & de perſonis ſubiectis locum habeat, adeoque de altero ad alterum valeat argumētatio *l. ſi quis inquilinus §. ſi ita legatum ff. de legat.*

1. *l.*

1. *l. qui facere & ibi Alberic. Roſat. a ... nom.* exinde videtur dicendum, eodem modo cuilibet licitum atq; permiſſum eſſe, pro ſuo libitu diſponere de ſuis perſonis, ſiue ſibi ſubditis, etiamſi hæc diſpoſitio reſpiciat præiudicium perſonarũ non ſubditarum. Et per conſequẽs: ſtatutum ſiue edictum Nobilium, quo caueatur, vt ſubditi non ab extraneis, ſiue à non ſubditis, ſed ab ipſis dominis ſuis nobilibus cereuiſiam emant, ratum eſſe. Sed reſpondendum eſt ad hoc: † In ſuo cuique facere licere, id 18
quod iure facit: tum enim bona fide quoque fieri præſumitur *d. leg. Proculus.* At contra legum & magiſtratuum interdicta nemini quidquam licet: quandoquidem tunc bonam fidem abeſſe, non tantum vehementior eſt præſumptio, ſed & malæ fidei & iniuriæ manifeſta probatio *c. qui contra. de reg. iur. in 6. leg. quemadmodum Codic. de agric. & cenſit. l. iniuriar. 1. de iniuriis. §. 1. Inſtit. eod.*

Quin & alia quoque ratio eſt poteſtatis in ſubditos feudalis, alia directi & allodialis dominij: eaque diuerſitas de altero ad alterum, illationem nequaquã admittit *l. ſed etſi poſſeſſ. §. fin. cum l. ſeq. ff. de iniur. Pfeill. d. conſ. ducenteſimo ſecundo, num. 61.* Et recte idem Franciſcus Pfeill *numer. 68.* tradit: iuriſdictionem eſſe poteſtatem iuris dicendi & æquitatis ſtatuendæ: non autem ad compendium ſuum ſubditorum ac vicino-

vicinoru... ..here diſpendia, *vt loquitur Imperator in l.fin. C de crimine ſtellion.* Et ad magiſtratus officium pertinere, ſubditos libertateſque eorum, ac iura bona fide fouere, atque tueri, non opprimere: præſertim priuati ſui commodi gratia. Nam id cum illiberale, iniuſtum, & iniquum, tam etiam diſtricte prohibitum eſt. Non enim ad quæſtum priuatum domini cõparatæ ſunt iuriſdictiones, ſed qui tenent illas, præ omnibus aliis puras Deo, Principi ac legi ab omni lucro manus præſtare, à negotiationibus abſtinere: ius autem ſubditis ex omni parte incontaminatum conſeruare tenẽtur §.*oportet Nou.18.de mand. Prin. Fr. Pfeill.d.loc. vſque ad n.72.*

Et ex his, vt opinor, conſtabit: quomodo per mercaturam, itemque cereuiſiæ braxationem venditionemve amittatur vel obfuſcetur nobilitas. Nobilem autem exercentem mercaturam vel aliam rem vilem, ob id non amittere nobilitatem, niſi ter admonitus fuerit, & adhuc non deſiſtat, expreſſe voluit Æigdius Thomatus *in tract. de collectis.§. nobilitas per inueſtituram num.2.*& poſt eum quoque Myſingerus *decad.1 5.reſp.1.n.80.§.* Im fünfften. vilem
19 artem † exercent Piſtores, Pictores, Fabri lignarij, fabri aurarij: agitatores, menſarij, caupones, tabernarij, popinarij, tibicines, citharædi, lyriſtæ, aliique aliorum inſtrumentorum

muſico-

muſicorum in nuptiis, aliis feſtiuitatibus, & conuiuiis luſores, qui operam ſuam publice venalem habent, cuiuſmodi artes viles, ſi nobiles exerceant, vani & turpis lucri quæſtuſve gratia, nobilitatem eos perdere indubium eſt, *per nota.* Tiraq. *de nobilit. cap.* 37. *per tot.* Si autem à turpitudine vitæ, ſordidiſque exercitiis & officiis iterum deſiſtant nobiles, nobiliterque viuere incipiant, recipere eos nobilitatem, tenet Guido Papæ *deciſ.* 391. §. *ſi enim tales. & deciſ.* 196. & Mynſingerus *d. decad.* 15. *conſ.* 1. *num.* 81. non quidem ipſo iure, ſed per reſtitutionem Principis.

Quæ enim ſemel extincta ſunt, non poſſunt ipſo iure reuiuiſcere *l. quæ res aream* §. *aream. ff. de ſolut.* Tiraquell. *cap.* 27. *num.* 5. Sic mulier nobilis, quæ per nuptias viri ignobilis nobilitatem amiſit: eam poſt mortem mariti ipſo iure non recuperat, ſed reſtitutione opus habet *l. Imperator* C *de nupt. l. Cod de ſent. paſſ.* Imo ſi viciſſim nobili viro nubat, non ſimul priorem generis natiuam, ſed nouam duntaxat noui mariti nobilitatem acquirit: licet naturalem originis qualitatem ſemper retinuerit *l. vlt. Codic. de his qui ven. ætat.* Tiraquell. *capit.* 18. *num.* 38.

An vero pater † prædictis modis amittens 20
nobilitatem, præiudicet liberis, ita vt illi priuentur nobilitate? quæſtionis eſt. Sane ſi pa-

ter nobilitatem primus acquiſiuit, quam ipſe per exercitiũ vilium artium, aut per delictum. vitæque turpitudinem amiſit, illud & patri, & liberis ſuis nocet: quia quam nobilitatem amplius non habet ſed amiſit, non poteſt in alios tranſmittere: quod enim quis non habet, non etiam dare poteſt *l. traditio ff. de acq. rer. dom. leg. 3. Cod. de his qui ante apert. tab.* Niſi forte nobilitas à Principe data & patri, & eius poſteris: tunc enim patris factum nocere filiis non debet: quia ſcilicet liberi, hoc caſu nobilitatẽ haberent ſuo iure, & ex propria perſona, q̃ facto tertij amittere nequeũt: quippe quod delictũ perſonam delinquentis non egreditur *vulg. iurib.* Tiraquell. *cap. 35. n. 5. & 6. Faber. d. tit. 28. defin. 25.* Si vero pater nobilitatem non acquiſiuit, ſed à genere habebat, eamque amiſerit, per actus mechanicos. non debet hoc filio nocere *l. qui 3. ff. de incend. & releg l. eg. emancipatum 7. §. vlt. ff. de ſenatoribus.* etiamſi natus ſit eo tempore, quo iam amiſſa erat nobilitas Tiraquell. *capit. 35. nume* 4. Abſurdum enim eſſet, à ſolo patre auferri filio, quod non à patre ſolus habet *d. leg. eum qui* Eleganter Faber *d. tit 28. d. defin. 25. & defin. 14. & defin. 1.*

21 Non autem inter modos † amittendæ nobilitatis referenda eſt agricultura, Nam vt recte ait Faber *d. titul. 28. defin. 3.* ex eo ſolo nobilitas non amittitur, quod vir nobilis agros

ſuos manu coluiſſe probetur. Quin potius laudi olim habitum id fuiſſe, Cincinnati aliaque exempla teſtantur, quos legimus ab aratro ad nobiliſſimas quaſq; Reipublicæ dignitates obeundas reuocatos Tiraq. *cap. 32. per tot. præſertim n. 2.*

Idem eſt, ſi nobilis non lucri faciendi gratia, ſed vt neceſſitati ſuæ ſubueniret, alienos fundos colendos conduxerit: ne quis cogatur neceſſario ſumptu carere & fame perire *leg. reo* 41. *de ſolut. l. ſuo victu* 18. *& ſeqq. de oper. libert.* Tiraquellus *capite* 32. *numero* 82. Faber. *deſin.* 3.

Et certe ea res eſt nobilib. valde conueniens & propria: vt idcirco per rem ruſticam minime priuilegia nobilitatis perdantur. Omnium enim rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil eſt agricultura melius, nil dulcius, nil homine libero dignius *ſecundum Ciceronem*, & reditus ex agricultura, omnium eſt honeſtiſſimus *ſecund. Heſiodum, quem refert* Tiraquellus *de iure primogen. quaſt.* 71.

Sic nec derogatur aliquid † nobilitati eorum, ideo quod ruri in villis habitant. Quamuis enim vrbani propter maiorem eorum ciuilitatem, rerumque peritiam in maiori pretio olim haberentur apud Romanos *Auth. præſides Codic. de Epiſcop. aud. §. interim Nou. de* 21

deſenſ. ciuit. Non tamen ex eo ſtatim ij qui rus habitant ignobiliores habendi ſunt *arg. leg. vrbana. ff. de verb. ſign.* quippe quod nobilitas non loco ſed genere & virtutibus diſtinguitur *per text. in l. ſi prædium Cod. de præd. min. d. leg. vrbana* per quæ iura hoc in ſpecie tenet Iaſon *in §. idem Seruiana numer. 25. in fin. Inſtit. de act.* vbi concludit: nobiles etiam eos eſſe, qui rus continuo habitant, dummodo viles artes non exerceant.

Et eſſe hoc præcipuum nobilium, quod duo habeant domicilia, alterum ſcilicet in vrbe, tempore hyemis, & alterum in rure, tempore æſtiuo, notat Tiberius Decianus *consl. 66. numer. 47. & ſeq. lib. 3.* & Ioannes Gutierr. *lib. 3. & 4. pract. quæſtio. capit. 13. numer. 46. & 3. ſeqq.*

23 Per paupertatem † amitti nobilitatem, voluit Bartolus *in l. 1. in fin. Codic. de dignit. lib. 12. Chaſſ. in conſuet. Burg. 4. §. 19. num. 29.* quaſi nobiles ſint quib. aſſiſtunt progenitorum etiam diuitiæ, *Socin. conſ. 146.* & abſque diuitiis ludibrio ſint omnib. *Chaſſ. in Catalogo gloriæ mundi p. 8. conſider. 22. in fin.* Imo quaſi mortua ſit nobilitas ſine diuitiis, vti fides eſt mortua ſine operibus Tiraquell. *cap. 15. numer. 9.* Sed verius eſt: paupertatem non derogare nobilitati: Sed ſtatum, conditionem vel vilitatem & turpitudinem vitæ ac morum *l. humilem. C. de inceſt.*

aceſt.nupt. Curtil.de nobil.p.7.num.4. Afflict.in c.1. Quis dicat.Dux,Marchio comes.num. 27. adeoque infamiam auferre nobilitatem *Thom. conſ.* 52. *numer.* 34. *& ſeq. Modeſt. Piſtor. conſ.*40.*nu.*30. *volunt.* 2. Sane diminutis diuitiis, diminuitur & honor §. *hoc quoque Inſtit. per quas perſ. nob. acquir. Schneideuu.de feud.p.3.num.* 106. & contemnitur plerumque nobilitas, quam comitatur paupertas. Sed hoc fit ex præpoſtero iudicio hominum: penes quos non eſt nobilitatem dare vel auferre. Eleganter Palingenius.

Nobilitas, veluti vulgus putat inſcius, aut eſt
Copia nummorum & collectio diuitiarum.
Iudicium tamen hoc vulgi mendaciter errat,
Vt plerunque ſilet. Communis opinio multis
Paucorum ratio eſt. Si nobilis ille putari
Debet, quicunque eſt diues: ſic Nobilis eſſe
Cerdo poteſt, lanius, tonſor, piſcator, equiſo,
Paſtorque & piſtor, Coriarius atque bubulcus,
Et leno & latro, & quiuis de gente lutoſa.
Namque ex his multi rebus minimiſque potentes
Et ſunt & fieri poſſunt, &c.

Et recte Tacitus alicubi monet, vt familiarum illuſtrium & nobilium à Republica vel Principe cura adhibeatur. Et certe optima ratione nobilis pauper factus ſibi conſulere poteſt, ſi per diſciplinarum bonarum cultum nouerit publicę ſaluti tēpore bell vel pacis honeſtiſſimis officiis ſuccurrere: quomodo nobili-

tas eius cultu ſpectatior fiet , vt aſtrales nube abeunte faces.

24 Procuratoris officium † itidem derogare nobilitati, quidam volunt *Guido Papæ quæſt.* 89. *& quæſt.* 388. *& quæſt.* 396. Tiraq. *de nobil. cap.* 30. *in pr.* vbi dicit: omnium calculis, noblitatem amittere eum, qui id munus obit, vtpote cum ipſa ſit infamiſſima vilitas *per text. in l. ſi quis procurationem Codic. de decur. lib.* 10. At eum errorẽ recte taxat Antonius Faber *d. titul.* 28. *defin.* 5. quippe cum id nullo iuris loco proditum legimus, quod nobilis ſi procurationem alienæ litis ſuſceperit, nobilitatem perdat. Nam quod ſcriptum eſt *in d. l. ſi quis per procurationem* non ad procuratores iudiciorum ſpectat, ſed ad procuratores negotiorum Tiraquell. *d. loc.* Sane quia de iure vile putabatur procuratoris officium: idcirco ad illud non admittebantur, qui in dignitate conſtituti erant: expediebãtur enim coram pedaneo, & priuatum cenſebatur §. *fin. Inſtitut. de except.* At cum hodie in iudicio Cameræ, aliiſque bene conſtitutis Tribunalibus Principum aliorumque magiſtratuum, ſecus ſit, in quibus plerunque illi qui in dignitate conſtituti ſunt, velut Doctores & Licentiati officium illud exercent *Ordin. Cam. p.* 1. *titul.* 18. *Gail. l. Obſ.* 43. idcirco recte concluditur: nobilem procurationis officio in Camera: aliiſque aliorum magiſtratuum ſum-

ſummis iudiciis fungentem, nobilitatem eiuſque priuilegia non amittere *leg. 5. in fin. Cod. de dignit.* Bald *in l. 2. ff. de ſenat.* Non idem, ſi nobilis apud inferiores iudices procuratoris officium ad lites exequitur. Et de his debere intelligi Guidonem Papæ *in deciſionib. ſup. allegatis* notat Anton. Faber *d. defin. 5. num. 5.* (Idem tamen Guido etiam de aliis ſentit *quæſt. 399.*) vt tanto meliore conditione ſint, qui iudiciis Imperatoris, Regum, aliorumque Principum curiis inſeruiunt, quanto Imperatoris, aliorumque Regum & Principum dignitas eſt præcelſior cæteris omnibus Faber *d. definit. 5. in fin.*

Quin & nobilem exercentem †tabellionatus ſeu Notarii officium, perdere nobilitatem eiuſq; priuilegia, tradũt Viuius *li. 2. comm. opin. verb Notarius n.* 41. Guido Papæ *deciſ.* 89. VVeſenbecius *conſ.* 29. *num.* 14. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 29. *n.* 14. *& cap.* 20. *nu.* 8. *& ſeq. per l. vniuerſos C. decur. lib.* 10. Et quod in Gallia Notariatus officium deroget nobilitati, teſtatur Faber *d. loc. defin.* 4. *in pr.* quippe cum hoc adeo vile ſit, vt non deſint, qui putent, etiam infames perſonas ad id admitti poſſe *per alleg.* à Tiraquell. *d. loc. num.* 9. Sed recte cum Fabro alia ſententia placet, Alios enim mores noſtra hæc ætas poſtulat: eoque iure vtimur, vt non niſi probatæ teſtatæque fidei homines ad huius 25

M 4 officii

officii exercitium recipiantur: cum quotidiano vſu compertum ſit, quanti publice referat, probos eſſe eos, quorum fide probiſſimi cuiuſque facultates, exiſtimatio, vita denique ipſa committatur: tum teſtamenta per Notariũ recepta tantam faciant fidem publicam, vt nec de falſo argui poſſint, niſi præcedente ſolenni inſcriptione *Faber d. loc. n. 3.* Quin & de eo conſtat, Notarium non niſi autoritate Imperiali creari. Denique Notarium Principis nobilem, non ſolum manere nobilem, qualis ante fuit: Sed etiam dignitatem habere intelligi, notat Tiraq. *d. cap.* 30. *n.* 9. Faber *d. defin.* 4. *n.* 9.

26 Simili ratione dicendum † eſt de munere Aduocati, quod illud nobilitati non obſit. Eſt enim munus non vile vel abiectum, ſed laudabile, vitæq; hominum maxime neceſſarium *l. laudabile* 4. *Cod. de aduoc. diu. iudic.* Et Aduocati in honore conſtituti dicuntur *l. quiſquis vbi gl. Cod. depoſtul.* & poſt depoſitum Aduocati officium, clariſſimis adnumerantur *l.* 1. *C de aduoc. diu. iud.* Aduocatique qui dirimunt ambigua fata cauſarum, ſuæque defenſionis virib. in rebus ſępe publicis aut priuatis lapſa erigunt, fatigata reparant: nõ minus prouident humano generi, quã ſi præliis atque vulnerib. patriam, parenteſq; ſaluarent. Nec enim ſoli in Imperio militant illi, qui gladiis, clypeis & thoracibus

cibus nituntur: ſed ... n Aduocati; militant namque cauſarum patroni, qui glorioſæ vocis confiſi munimine, laborantium ſpē vitam & poſteros defendant *vt eſt in l.aduocati C.de Aduoc.diu.iudic.* Non itaque Aduocati munus obeſt, vel derogat nobilitati: adeoque nobiles illud ſuſtinere, cauſarumque patrocinia ſuſcipere poſſunt *d. l.laudabile & l.prouidendum C.de poſtul.* Nec eſt indecens & inhoneſtum ſalaria accipi: modo ea ſint moderata. Si vero iuſtum excedunt, & ſint immodica; etiam Aduocati munus merito reprobatur: & ſunt eiuſmodi Aduocati deprædatoribus non abſimiles cenſendi *l.ſiqui Aduocationem 5.C.de poſtul.* quorum officium non tantum nobilitati derogat, ſed ipſi eiuſmodi Aduocati etiam inter viliſſimos, quia veluti abiecti & degeneres modico lucro capiuntur, & pecuniæ inhiant, ſunt adnumerandi *l.quiſquis C.de poſtul.* Tiraq.*cap.29.n.47.48.& 54.*

Quod attinet ad iudicis † munus, tantum 27
abeſt vt id detrahat nobilitati, vt etiam iudices alioqui plebeios & ignobiles effici tanquam nobiles, & non iam plebeios, ex eo licet colligere, quod ſcriptum eſt *in l.iudices C.de dignit.lib.12.* Iudices, qui ſe furtis & ſceleribus maculaſſe fuerint conuicti, honore exercitos inter plebeios haberi: *Inibique notat Bartolus, iudices cenſeri nobiles.* Et certe non poteſt eſſe

 maior

maior gloria, qua[illegible] ... iudiciis, per quæ conſeruatur hominum ſocietas *dict. l. iudices l. ſemper in pr. ff. de iure immunit. l. 3. §. 1. ibi iure honoris ff. quod. met. cauſ. l. obſeruandum in fin. de offic, praeſ. l. ille à qua §. vlt. & l. ſeq. ff ad Trebell. c. vt debitus. de appellat.* Tiraquel. *de nobilitat. cap. 28. per tot.*

28 De Theologia nullo † modo dubitari poteſt, vt etiam myſterium verbi diuini non ſit alicui dedecori. Et licet per ingreſſum religionis feuda amittuntur, nobilitas tamen retinetur *c. ſcripſit 27. quæſt. 2. c. 1. de vaſallo qui arma depoſ.* Tiraquel. *cap. 26.* Sic conſtat, Ioannem cognomento Theologum, Megapolenſem Ducem & Principem, Doctoris Theologiæ gradum in Pariſienſi Academia aſſumpſiſſe: quem & ſumma conſtantia defendit, & Liuonis ad ſuſcipiendam Chriſtianam religionem author fuit. Princeps itidem Anhaldinus, vti cuiuis notum eſt, miniſterium verbi diuini ſæpiſſime feliciter & ſingulari zelo exercuit, vt alios taceam: quorum tamen nobilitati illuſtriſſimæ quidquam detractum eſſe, nemo, vt opinor, ſanæ mentis dixerit. Et certe niſi Nobilis è Theologia tum fidei tum operum ſummam agnouerit, & obſeruare ſtuduerit, vano & labili ſplendore vitam aget & finiet, ſtudebit itaque potius, vt cum diuite Abrahamo, cum Sergio proconſule Nobili

coro-

coronam vitæ obtineat *Act.* 13.*v.*7. *Deuter.cap.* 17.*v.*17.18. *Ioſ.*1.*v.*8.

28 Poſt Theologiam, Iuriſprudentia, † tanquam omnium artium præſtantiſſima, adeo decet nobiles, vt turpe ſit viro nobili & patritio ius ignorare *l.*2.§.*Seruius autẽ.ff. de orig.iur.* Et quidem iuriſprudentia, ob eminentiſſimum & frequentiſſimum in vita politica vſum, præcipua quadã ſuum cultorem nobilitandi vi prædita eſt: ſi quam autem quis ante nactus eſt & poſſedit, eam plurimum adornat & auget: vt certe Nobilitati conſeruandæ atque amplificandæ nihil conuenientius excogitari dicendum ſit. Nec Nobilitatem per iuriſprudentiæ ſtudium obfuſcari, ex eo cuiuis liquere poteſt, quod multi ex illis, qui in eminentiſſimis dignitatibus conſtituti fuere, eximiam in illo operam non ſine laude collocarint, de quibus alius & latior erit *lib.*2.*ſeq.* dicendi locus.

29 De medicina † quidam dubitant; cum circa rerum ſordidarum inſpectionem & tractationem aliquando verſetur. Sed vtut ſit, negari id non poteſt, quin Medicina ſit ars non ſolum honeſta; ſed etiam pernobilis: & ita quidem, vt qui eam profitentur, ſiue publici profeſſores & lectores ſint, ſiue curandis morbis tantum vacent, ſi quam nobilitatẽ habent eã non idcirco amittant Medici-

nam

nam vero chirurgicam, artem mechanicam eſſe, vel ipſi Medici fatentur *l. vlt. ff. de iure immun. l. Parabolanos l placet C. de Epiſc. & Cler. l. 1. §. obſtetrices ff. de var. & extraord. l. vlt. in fin. C. comm. de legat.* Tiraq *de nobilit. cap. 31. n. 73. & n. 381. & n. 522. & ſeq.* Generale enim eſt, vt & artes viles ſint & ſordidæ, quæ manu conſtant Tiraq. *d. cap. 31. num. 381. Seneca Epiſt. 88.* At chirurgica nominatur, quoniam medetur manu, quæ χεὶρ Græce vocatur Tiraq. *d. loc. nu. 523. Vincent. de Franchis p. 4. deciſ. 564. n. 10.* Quod autem Doctor in Medicina conſequatur dignitatem, dicitur eſſe claram deciſionem apud Bartolum *in l. omnes in fin. C. de decur. lib. 10.* vbi tenet, Iudæum non poſſe Doctorari in Medicina: quia ex Doctoratu conſequitur dignitatem. Imo & Medicus non Doctoratus habet dignitatem ſi fuerit Medicus Principis Bartol. *in l. 1. C. de Comit. & archiduc. lib. 12.* Vincent. de Franch. *d. deciſ. 564. n. 8. & 11. & ſeqq.* Qui plura de Medicina legere volet, is adeat Tiraquel. *d cap. 31.* per totum, vbi latiſſime tractat, quid dignitatis huius reſpectu præſtet, & an eam labefactare poſſit. De Doctore autem in chirurgia, an aſſequatur dignitatem, ita vt in genere pœnæ iudicetur tanquam nobilis, tractat Vincentius de Franchis *p. 4. d. deciſ. 564. per tot.*

31 Hiſtoriarum cognitionem † quoque nobiles

biles habere debent; quippe quod hiſtoria apud omnes bonos commendatiſſima eſt, & multum etiam laudis obtinet, quoniam veriſſima diſciplina, exercitatioque ad res ciuiles ex hiſtoria petita eruditio dicitur à Polybio. Et incitaret nobiles ad peritiam hiſtoriarum vel hoc ſaltem, vt alias vtilitates præteream, quod ex illo ſtudio familiæ nobilioris intermortua quaſi memoria non ſine laude renouari poſſit: prout nobiliſſimus Scaliger, familiæ ſuæ antiquitatem ex hiſtoriis erutam oſtẽdere potuit *Exercit.* 260. ſic Cicero dicit, Seruii Sulpitii Nobilitatem, quę populo erat obſcurior, literatis hominibus & hiſtoricis fuiſſe notam; cum eius memoria non ex ſermone hominum recenti, ſed ex annalium vetuſtate eſſet eruenda. Cic. *in orat. pro Murena.*

Quin etiam honorificum † eſt nobilibus 32 diſcere vel docere artes liberales, adeoque nobiles artem pictoriam, Poeſin, muſicam, citra præiudicium nobilitatis addiſcunt & exercent: modo citra quæſtum: Nam ſi quæſtus & negotiationis cauſa exerceantur, ad ſordidas & fabriles operas referuntur *l. ſi non ſortem 26. § libertas 12. de condict. indeb arg. l. Athletas in pr. ff. de his qui not. infam.* Tiraq. *de nobilit. cap.* 34. *n.* 6. Ad oratoriam † vel ipſam naturam inſti- 33 mulare nobiles animos refert Demoſthenes. Et multum eam facere ad nobilitatem, teſtatur Ci-

tur Cicero, quando ait: Duæ ſunt artes quæ locare homines in ampliſſimo dignitatis gradu poſſunt, vna Imperatoris boni, altera oratoris *in orat. pro Murena.* Breuiter omnium diſciplinarum genus ad nobilitatem accedere, eamque plurimis modis amplificare poteſt. Hinc ſcientiæ filiam eſſe nobilitatem, exemplo teſtatur Seneca *ad Lucill.* dicens: Non fuit Socrates patritius, non eques Romanus, ſed nobilem reddidit philoſophia.

54 Inter exercitia, quibus habitus † corporis parari ſolet, venatio referenda eſt. Et quidem venationis exercitium, præcipue magnarum ferarum, virile, bellicum & heroicum eſt, quod nobilibus peculiariter competit; nec eis adimi poteſt, niſi legitima præſcriptione *c.1.§.nemo retia.de pace ten. & eius violat. l.officium* 12.§.1 *.de re milit.c.*1.2.*& tot.tit.de cler. venat.* Gail.2.*obſ.66.num.*2. Curare autem debent nobiles, vt debito tempore, citra agrorum populationem dent venationi operam, neque in eis operam ſuam præſtent ſeu locēt pro certa mercede, nam tunc inter ſeruilia exercitia connumeraretur Tiraquel. *de nobilit. cap.*37.*num.*149. cauebunt itidem, ne immoderatos venationum ſumptus faciant. Nam Cicero *lib.*2. *de offic.* prodigos eſſe vocat, qui venationum apparatu, pecuniàs profundunt. Et ſolet vulgo dici:

Wer

Wer ſich dem Jagen gar ergeit /
Wirdt gleich den Thieren mit der zeit.

Saltatio,† quatenus licita eſt, viros nobiles 35
itidem non dedecet. Nam quamuis quam
proxime ad mimos & hiſtriones accedere ſaltatores
videntur; aliquando tamen & tempeſtiue ſaltare nobilibus nullo iure prohibitum
eſt 1.*Reg.cap.6.verſic.*14.*&* 16. *Eccl cap.*3.*verſic.*4.
Quin & alia omnia nobilis ſectari debet, quæ
ad habitus virtutum, vt fortitudinis & aliarũ
exercendos accommoda ſunt, quę item ad ſanitatem
commode tuendam ſpectant. Quod
ipſum rectiſſime fiet, ſi tenuerint notata à Caſo
in ſphæra ciuitatis lib.8.cap.4. Inſiſtant nobiles
ſcientiæ rei militaris, quę quaſi propria eſt nobilium,
idque pro tuenda ſalute patriæ, quæ
res nobilibus maximum conciliat decus, ac
non exiguum confert emolumentum & vtilitatem;
Si qui in acie pro ſalute patriæ ceciderunt,
eos per gloriam adhuc viuere intelligi,
ſcribit Imperator Iuſtinianus *in* §.1.*Inſtit.de excuſat.
tut. vel curat.*

De eo adhuc videndum † eſt; an nobilitas 36
per ingratitudinem amittatur? quod omnino
eſt adfirmandum, ad exemplum libertorum
ſeruorumque ingratorum *l.vnic.C.de ingrat.lib.*
l.ſi manumiſſus 2.*C.de libert.* An autem † nobilis 37
poſſet beneficio ſuo nobilitatis renunciare?
per diſtinctionem explicat Couarr.*p.*2.*relect.c.*

quam-

quamuis de pact.in 6.n.17.&ſeqq.vſque ad num.26. vbi diſtinguit inter priuilegia, quæ directe tẽdunt ad reuerentiam & honorem nobilibus exhibendum; qualia ſunt locus ſublimior inter plebeios; item quod plebeis præferuntur in honoribus: & in his renuntiationem non admitti, cum hac ratione reliquis nobilibus & toti nobilitati præiudicaretur *arg. c.ſi diligenti.de fore compet.*& inter priuilegia, quæ non tendunt immediate & directe ad exhibitionem reuerentiæ publicam, vt ſunt immunitas à publicis oneribus: quod in carcerem publicum ob æs alienum non mittatur nobilis, & his ſimilia: & in his renuntiationem admitti & valere Couarr *d.loc.n.26.* vbi ſimul ad contraria reſpondet.

Poſtremo pro concluſione huius capitis
38 adhuc explicandum eſt; An nobilitate † eiuſque priuilegiis quauis ratione legitima amiſſis, onera nobilitatis adhuc præſtanda ſint? Illud præmitto: nobilitatum à Principe, non propterea amittere beneficia popularium; ne quod in eius fauorem conſtitutum eſt, in eius læſionem & damnum conuertatur *cont.l.quod fauore C.de legib.* & facit textus *in l.eos C.de exec. mun.lib.*10. vbi maior dignitas ſuperueniens, non tollit priuilegium minorum dignitatum præcedentium. Poterit itaque nobilitatus nihilominus admitti ad dignitatem & officia tan-

tanquam popularis, ad quæ ſcilicet non niſi populares ex ſtatuto admittuntur. Vti nec Scholaſticus habēs priuilegia ciuis, perdit priuilegia Scholaris Tiraq. *cap. 6. n. 48. 49. 50 & 2. ſeqq.* verum ſecus eſt quoad onera nobilitatis: Non enim excuſatur nobilis, qui nobilitatem amiſit, ab oneribus atque muneribus nobilium *arg. l. relegatorum §. vlt. & l. ſeq. ff. de interd. & releg. l. 1 C. de infamib vbi Bartol. l. nec infames C. de decurionib. lib. 10. l. 2. §. nemo exuitur ff. de capit. diminut.* Bart. *in l tale pactum C. de pact.* ne pœna ſit cauſa præmii; adeoque ad commodum eius vergat, quod in pœnam potius retorqueri debet *l. ſiue hæreditaria ff. de negot. geſt. l. 2. § nemo ff de cap. minut c. & ſi neceſſe. in fin. Ext. de donat int. vir. & vxor.* Onera itaque, quatenus ſeparabilia, ſubire tenētur Bartol. *in d l. 1. C. de infam.* Gigas *de penſionib Eccl. quæſt. 64. n. 4.* Et dicit Bartolus *per iſtum textum*, quod ſi quis condemnātus eſt de falſo, ex quo perdit nobilitatem, non tamen deſinit eſſe nobilis, quantum ad ea, quibus nobiles magis grauantur quam ignobiles. Videatur Tiraq *cap. 24.*

CAPVT VIII.

De iudicio Nobilitatis.

SVMMARIA.

1 *Lubricum linguæ ad pœnam non facile extenditur.*

2 *Iniurians autorem ſuum allegando non ſubleuatur.*

3 *Retorſione iniuria vindicatur.*

4 *Nobili ad vindicandum honorem datur actio iniuriarum, & actio ex l. diffamari n 5.*

6 *Iudicis eſt partes ad amicabilem compoſitionem hortari.*

7 *Quid ſi autor diffamationis nullus exiſtat?*

8 *Nobilis in iudicio gladium deponit.*

9 *Duellum (antiquus modus vindicandi iniuriam) hodie prohibitum.*

10 *Pro tuenda nobilitate dantur remedia poſſeſſoria.*

11 *Competit quoque actio confeſſoria.*

12 *Et actiones præiudiciales.*

13 *Vtroque iudicio & petitorio & poſſeſſorio pro Nobilitate agi poteſt.*

14 *Nobilitas non præſumitur niſi probetur.*

15 *Probatur in poſſeſſorio communi opinione & exercitio actuum nobilitatis nu. 16. & per teſtes n. 17. 18.*

19 *Quomodo in petitorio nobilitas probetur.*

20 *Inſigniis probatur nobilitas.*

21 *Sententia in iudicio nobilitatis lata an reliquos in familia tangat n. 22.*

23 *Iudicium nobilitatis diuerſum eſt ab actione iniuriarum.*

24 *Modus articulandi in iudicio nobilitatis.*

Cum

CVM ex malitia hominum, proh dolor,
frequenter contingat, quod quique bo-
ni & innocentes etiam conuitiis indebite af-
ficiantur, & iniurioſe lædantur: honorem au-
tem noſtrum non minus quam vitam curare
expediat: permiſſum eſt cuicunque læſo, le-
gitimis remediis ad id proditis, famam & ho-
norem dignitatemque ſuam aduerſus male-
uolos vindicare. Antequam autem aduerſus
lædentem in iudicio competenti actione aga-
tur: Solent plerique per vnum & alterum fide
dignum hominem prius ab iniuriante percũ-
ctari, ſerio ne, & iniuriandi animo id dixerit
vel fecerit? Et tunc aliquando incogitantia
& imprudentia, vel ebrietas, vel iracundiæ
calor, vel iuſtus dolor, vel aliud quippiam,
quod excuſationem mereri poteſt, prætendi-
tur: quo caſu merito illi parcitur, & quidquid
eſt commiſſum condonatur. Nam lubricum
linguæ non † facile ad pœnam eſt trahendum 1
l. famoſi 7. ff. ad L. Iul. Maieſt. atque etiam in ta-
libus imprudentiæ ſolet conſuli *l. fere in omni-
bus* 108. *de reg. iur.* Quod ſi ex ſingulari affectio-
ne aliquid quod iniurioſum videatur, ſe dixiſ-
ſe dicat, id quoque excuſationem meretur:
quippe quod conſanguinei & amici, itemque
tutores & alii ſimiles, potius bene monere cre-
duntur, quam iniuriam facere *l. aut facta* 165.
cauſa 2. *ff. de pœn.* Idem eſt ſi iocum prætendat

l.illud 3. §. *ſane ff. de iniur gl. in l. ſi non conuitii* 5. *ibi* Ioan. Faber *C. d tit.* Animus enim & voluntas diſtinguũt facta *l.* 3. §. *ſane ff. de iniur. l. Diuus* 14. *ff. ad L. Cornel. de Sicar.* Et quidquid calore iracundiæ vel fit vel dicitur, non prius ratum eſt, quam ſi perſeuerantia apparuerit indicium animi fuiſſe *l. quidquid calore* 48. *ff. de reg. iur.* Idem eſt in iuſto dolore: quia difficilimum & impoſſibile quaſi putatur iuſtum dolorem temperare *l. ſi adulterium* 38. §. *Imper.* 8. *ff. ad L. Iul. de adult.* Similiter in ebrio delinquente; quia ebrius pro ignorante habetur *c. ſane dicimus* 15. *quæſt.* 1. imo & furioſo comparatur *c. cum venter. diſt.* 35. *c. à crapula. de vita & honeſt cleric.* Hac itaque ratione, ſi reconcilientur animi, ille qui ſe iniuriatum prætendit, inanibus ſumptibus ſubleuatur, & inſuper in alterum, condonando ipſi petenti quidquid commiſſum ſit, Chriſtianæ charitatis & veræ humanitatis opus exercet.

Quod ſi aduerſarius prædictis modis animum ſuum maleuolum non exonerauerit, 2 ſed vel tergiuerſando authorem † forte ſuum duntaxat allegauerit, exiſtimans hac ratione ſe ſatisfeciſſe inquirentibus ſiue percunctantibus: vel etiam adhuc dicat, ſe ita ſentire, vti antea dixit: tunc certe nullo modo excuſandus eſt, den Gewerßman haben hilfft nicht. Schneidw. *in* §. *iniuriarum* 2. *Inſtitut. de iniur.* adeo-

adeoque vtroque caſu aduerſus iniuriantem iniuriarum agi poteſt.

Poteſt quoque & alio modo † vendicandi 3
iniurias illatas, nimirum iure retorſionis vti, quod facere licet per alleg. à D. Erneſto Cothmanno *reſp.59. num.*158. *& aliquot ſeqq.* Wer dieſe iniurien vnd ſchmeherede außbracht / oder geredet / der habe es gethan / als ein verlogner Mann / vnd wölle jhn dafür halten / biß ſo lange er es auff jhne / wie zu Recht gnug / darthue vnd erweiſe. Hoffe aber / es werde jhm / ob Gott will / nimmer zu thun müglich ſeyn. Ad defenſionem namque ſuæ innocentiæ, & honoris conſeruandi gratia, alicui obiicienti crimen, iure permittente ſe tum publice cum iudicis licet authoritate, tum priuatim defendere, & dicere, *tu mentiris*. Quamuis enim verbum hoc *tu mentiris*, per ſe iniurioſum ſit Bartol. *in l. item apud § ait prætor ff. de iniur.* illud tamen fallit, quando ſcilicet fit ad defenſionem ſui honoris & famæ *l. vt vim. & ibi not. à Dd. ff. de iuſt. & iure.* Bart. *in l. qua omnia §.1. per text. ibid. ff. de procurat.* Et qui prouocatus ita reſpondet, ei ignoſcendum eſt *l. qui cum maior §. ſi libertas ff. de bon. libert.*

Poteſt autem nobilis, † ſi hoc malit, iniu- 4
riarum actione aduerſus iniuriantem agere, & quidem ad reſtitutionem honoris, & pœnam in priuilegio inſertam. Quando enim

Imperator alicui concedit priuilegium nobilitatis, ſolet ſemper fere ad maiorem obſeruantiam in inſtrumento nobilitatis illa clauſula adnecti. *Volumus autem, vt omnes & ſinguli hunc* N. *pro Nobili agnoſcant & venerentur: & ſi quis huic noſtro priuilegio obſtrepere inuentus fuerit, is in pœnam tot vel tot marcharum auri puri incidiſſe declaretur.* Si quis igitur offenſus ad pœnas priuilegio inſertas agere velit, ille Imperat. vel iudiciũ Imperialis Cameræ adire neceſſe habet. Vti enim Imperator cõcedit nobilitaté, ita etiam ille de ea iudicat *arg. l. cum de nouo C. de legibus.* Poterit tamen nobilis aliter læſus, etiam coram ſuo Principe ſiue domino territorii, aduerſus iniuriantem, ſi vterque ſit vni & eidem domino ſubiectus, vel alibi in foro iniuriantis competenti, iniuriarum ciuiliter vel criminaliter pro defenſione ſui honoris & famæ agere; pro vt quotidie fieri videmus.

Cæterum ille qui alicui dixit: *Sum ita nobilis, vt tu*, vel; *ſum te nobilior:* ille iniuriarum non tenetur. Qui enim taliter dixit, non detrahit alteri nobilitatem, ſed potius attribuit, ſateturque eum quoque nobilem eſſe *l. vbi autem* 75. §. *vſque adeo, ibi,* cum id quod bono melius ſit, ipſum quoque bonum ſit *ff. de verb. oblig.* Et ſic reſpondit Plotus *conſ.* 131. *n.* 20. *tom.* 1. *conſil. criminal. arg. c. Paulus & c. puto* 2. *quæſt.* 7. *c.* *illud*

illud c. vereor. & gl. in c. licet. verb. præſtantior 8. *quæſt.* 1.

Præterea poteſt †nobilis ad tuitionẽ ſui iuris contra diffamãtem actionẽ ex *l. diffamari* C. *de ingen. manumiſſ.* intentare: quæ actio iniuriato tunc eſt commodiſſima, quando diffamans forte in certo loco reperiri & conueniri non poteſt: quo caſu Imperatores Diocletianus & Maximianus, remedio *dict. l. diffamari.* diffamatis ſubuenire & ſuccurrere voluerunt: vt nimirum diffamatus coram Magiſtratu ſiue principe, cuius ſubditus eſt diffamator, querelam ſuam exponat, & citationem aduerſus diffamatorem per tria edicta petat: vt eo vel illo die coram iudice compareat, & facti cognitionem, & poſtmodum etiam ſententiam definitiuam expectet; ſub comminatione perpetui ſilentii. 5

Ad cuius citationem in domo ipſius, vel in loco vbi plerunque latitat & commoratur inſinuatam; ſi prima vel altera vice non comparuerit (bis enim debet ei ſtatui terminus, vt agat Schurff. *cent.* 1. *reſp.* 75. *n.* 10. *&* 11.) poteſt diffamatus nihilominus innocentiã ſuam iudici reſtatã facere, & ſimul petere, ſe integræ famæ declarari: diffamãti vero perpetuum ſilentium in contumaciã per ſententiam imponi: quod iudex omnino facere tenetur *l. ab-*

ſentem ff. de pœn. Et hac ratione diffamatus impetrat idem, quod alias aduerſus præſentem & conuictum diffamatorem, actione iniuriarum obtinuiſſet. Eleganter practicam *d. l. diffamari.* tradit Schurfius *d. conſil.* 75. itemque Blarerus *ad eandem l. diffamari.*

Quod ſi diffamatus nobilis velit agere ad pœnam priuilegio inſertam, poterit recta adire Imperatorem ſiue Cameram Imperialem Gail 1. *obſ.* 10. *n.* 2. quod præiudicio firmat Ludouicus Schwartzmeier *lib.* 1. *Miſcell. cap.* 13. vbi dicit: Quod aliquando quidam nobilitatis priuilegio donatus, contra alium, qui id deeſſe ipſi obiecerit, ad reſtitutionem detracti honoris, & pœnam priuilegio inſertam ex *d. l. diffamari.* in Camera Imperiali egerit, & exhibito inſtrumento, diffamantem in pœnam ei inſertam declarari petierit: cui proceſſus non modo non denegatus; ſed & diffamator ad inſtantiam diffamati ad tribunal citatus fuerit.

6 Solent quoque † plerumque iudices in iudiciis partes ad amicabiliter tranſigendũ hortari & monere. Et quidẽ iudex in actione præſertim iniuriarum ſemper laborare debet, vt partes redigantur ad concordiam; etiamſi criminaliter agatur Schneid. *in* §. *fin. Inſt. de iniur.* quæ res quidem laudanda eſt; modo non ea ratione delicta impunita abirent in exemplum, & facilitas ignoſcendi præberet incen-

dium

dium delinquendi *Abbas in cap. peruenit de appellat.*

Et hæc practica obtinet, quando de authore diffamationis conſtat: nam tunc certum eſt, aduerſus eum competere actionem iniuriarum, qui dixit, aliquem non eſſe nobilem, vel tale delictum commiſiſſe. At ſi per † inquiſitionem nullum quis poterit inuenire authorem diffamationis: tunc diffamatus adibit iudicem competentem, & coram eo proponet, quod licet ab ineunte ætate honeſte ſe geſſerit, nec vnquam tale crimen, de quo diffamatus, commiſerit, vel animum committendi habuerit: nihilominus ex fide dignorum relatione didicerit, in hoc loco, eſſe de ſe rumorem ſparſum, quaſi nobilis non eſſet, vel quod tale vel tale delictum perpetrarit. Et cum per huiuſmodi rumorem falſum non parum ſit læſus: & crudelis cenſeatur, qui negligit famam ſuam: petitio ſua ſit, vt iudex de qualitate & aliis circumſtantiis ipſius rumoris ſeſe informet, pro vt de iure: & ſi per huiuſmodi informationem inuenerit, vt ſperatur, eum rumorem ſine certo authore vel probabilibus duntaxat, vel etiam leuibus coniecturis ortum fuiſſe, pronunciet talem rumorem, tanquam vanam populi vocem, animaduertendum non eſſe, nec etiam diffamato ſibi aliquatenus præiudicare aut derogare. In euentum autem, 7

quod præfatus rumor comperiretur eſſe talis, quod de iure diffamato veniret indicenda purgatio, iudex eidem ipſam indictam recipere. Hæc practica probatur per *c. cum in iuuentute vbi Hoſt.* Iohann. Andreæ & Panormit. *de purgat. Canon.* vnde eam refert Vranius *conſil.* 35. *n.* 5. *vol.* 1.

Etſi autem nobili de iure licet gladium ge-
8 ſtare: deponet tamen †gladium & arma quando ad iudicii locum abit: Sic namque Tiraq. *de nobil cap.* 20. *num.* 73. id quod dicitur, nobilem geſtare licet arma, limitat, non procedere quoad iudicij forum: *per ibi alleg.* vbi *nu.* 28. addit: hoc maxime notandum eſſe, aduerſus neſcio quos nobiles, qui in ſenatum audent ingredi enſibus cincti, putantque id ſibi dedecori futurum, ſi enſes relinquant, ignorantes quid dec⁹ quidve dedecus ſit: idq; nō aliunde ait procedere, quam quod nobiles noſtri & legum & omnium bonarum artium ſint ignari, atq; etiam honeſtarū hiſtoriarum, ex quib. hæc ſaltem diſcere poterant. Refert Valerius Maximus *lib.* 2. *ca.* 1. olim Maſſiliam illam noſtram, primum Phocenſium, deinde Romanorum coloniam, hunc morem obſeruaſſe, vt intrare oppidum illorum nulli cum telo liceret, præſtoq; eſſet, qui id cuſtodię cauſa acceptum exituro redderet. Id quod etiam Venetiis vrbe celeberrima, & omnibus legibus moribuſque culta

culta obſeruatur, teſte Tiraq. *d. loc. n.* 75. Quin etiam Romæ in tumultu necis Clodianæ edicto prohibitum eſt, vllum telum eſſe in vrbe, referente Plinio *lib.* 34. *capi.* 14. Quod vtinam (*ſunt verba* Tiraquelli *d. loc.*) reuerentiæ & honoris iuſtitiæ ſuæ gratia, Principes noſtri in ſuis regiis ac ſupremis palatiis, tantum dum ius redditur, obſeruari facerent. Nam is honor, ea reuerentia, non tā redundaret in ſuos iuſtitiæ miniſtros, quam in ipſoſmet Principes iuſtitiæ parentes.

Fuerat & olim alius adhuc modus defen-
dendi † honorem ſuum, nimirum duellum 9
ſiue monomachia *c.* 2. *de purg. vulg.* Quia putauerunt antiqui *ſec. Aluarott. in c.* 1. *de pace ten. in vſib. feud.* quod Deus ſit auxiliator iuſtorum: & ſic poſſit purgari innocētia: cum tamen etiam permittente Deo poſſit accidere, vt quis ſub iuſto clypeo pereat. Vnde eiuſmodi conſuetudo praua nominatur *in c.* 2. *de clericis pugnant. in duello* & omnino aboletur *cap.* 1. *& fin. de purg. vulg. l. vnic. & ibi gloſſ. C. de gladiatorib. lib.* 11. Et quomodo duellum de iure prohibitum ſit, late tradit Boeer. *lib.* 2. *de duello. cap.* 2.

Quin amplius cū nobilitas ſit qualitas & ius incorporale, perſonæ inhærens, pro ea vindicanda non ſolum actiones reales, tam confeſſoria quam præiudiciales: ſed etiam interdi-
ctū vti † poſſidetis, & reliqua remedia poſſeſ- 10
ſoria,

ſoria, quæ pro tuenda quaſi poſſeſſione iuris cuiuſcunque competunt, ex legitima conſtituta Nobilitate dantur. *per not. in §. æque, & §. præiudiciales Inſtitut. de actionib. l. ſicuti §. Ariſto. in fin. ſi ſeru. vindic. l. quoties. ff. de ſeruit.* Et quod interdictum vti poſſidetis etiam pro rerum incorporalium poſſeſſione datur, textus eſt *in l. fin. ff vti poßidet.* Quo prætor omnem vim vindicat. *l. 1. ff. d. tit.* At quando alteri alter ſe in nobilitate opponit, vel negando eum eſſe nobilem Ioann. Faber *in l. vnic. verſ. ſed quæritur Cod. vti poßid.* vel alicuius arma & inſignia nobilia delendo *Felin. in c. tertio loco. de probat. Menoch. remed. 3. retin. poſſ. num. 502.* certe facit vim turbatiuam.

Hinc quia Rectori Eccleſiæ competit quaſi poſſeſſio exinde concluditur: Rectori turbato in quaſi poſſeſſione Rectoriæ *Menoch. d. remed. 3. num. 131. & ſeq.* Itemque patrono Eccleſiæ turbato in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi, competit interdictum vti poſſidetis *Menoch. d. remed. 3. num. 131. & ſeq.* quippe quod in hoc iure præſentandi, itidemq; iure Rectoriæ, conſideretur quaſi poſſeſſio illius iuris *c. conſultationibus. de iure patron.* Et quod contra quemcunq; diffamatorem competat interdictum vti poſſidetis, præſertim, cum per eam diffamationem, poſſeſſio diffamati turbetur, tenet Menochius *d. loc. num. 294.* quia ſcilicet

ex hac

ex hac diffamatione fiat vis inquietatiua *l. vim facit ff. de vi & vi arm.* quo caſu iudex turbatori poteſt perpetuum ſilentium imponere *Menoc. d. loc. num.* 836. *& ſeq.* Præterea aduerſus eum datur idem interdictum, qui ius alterius obſcurum facere nititur *Menoch. d. loc. num.* 299. at qui nobilem aliquem eſſe negat, cum tamen talis ſit, is equidem ius nobilitatis ipſius obſcurum reddere conatur, vt maxime quando eius arma vel inſignia delet, atque ita facto ipſo eum turbat *Menoch. d. loc. nu.* 502. Concludendum eſt itaque, nobilitatem interdicto vti poſſidetis poſſe vindicari. Sed cum iura non dicantur poſſideri: ſed quaſi poſſideri *l. ſeruum §. incorporales ff. de acquir. rer. dom.* Ideoque interdictum quaſi vti poſſidetis vel vtile erit. Quia hoc loco tantum ſententia & mens legislatoris locum habet: licet verba deficiant, *arg. d. l. pen. ff. ſi quadrup. paup fec. dic. Menoch. remed. 3. retin. n.* 108.

Pro vendicanda nobilitate competere † actionem confeſſoriam, probatur *arg. d. §. aeque Inſtit. de act.* Et quod actio confeſſoria non tantum pro ſeruitutibus, ſed & pro quolibet iure incorporali detur, notat Schneidevv. *in d. §. aeque num. 10* vbi dicit, ita omnes tenere. *Itemque* Ferrarienſis *de confeſſoria actione, verb. plenam & omnimodam iuriſdictionem, & de negatiua actione, verb. nulla iuriſdict.* Mauritius Vranius *conſ. 2. nu.* 11

46. vol.

46.*vol*.1. Specul. *titul. de cauſa poſſeſſionis & proprietatis*, Rubr. *de Publiciana & Seruiana num.30.* Paulus de Caſtro *in leg. vt pomum circ. fin. de ſeruit.* Fichardus *conſilio* 32.*num*.3.*vol*.1. Mynſingerus *reſp*.11.*nu*.7. & alii allegati à D. Cothmanno *reſp. leg. num*.17.*vol*.4. vbi *num*. 9. addit: Negatoriæ actioni interdictum vti poſſidetis cõiungi poſſe. Et hinc infert Schneidvvinus *in d.* §. *æque*. Si quis impeditur in receptione decimarum vel redituum ex aliqua re, eum actione confeſſoria experiri poſſe *per CC. in c. tua & c. prohibuimus. Ext. de decimis.* Item ſi patronus Eccleſiæ in iure præſentandi, vel aliis iuribus Eccleſiaſticis turbetur, eundem itidem poſſe agere confeſſoria, tradit Baldus *ſup. Rub. Codic. de vſuf.* Recte itaque dicitur: pro nobilitate tuenda competere actionem confeſſoriam, non quidem directam, ſed vtilem.

12 Præiudiciales † actiones etiam in præſenti negotio competere, ex eo liquere poteſt quod præiudiciales actiones eæ ſint, per quas agitur de ſtatu ſiue conditione perſonæ alicuius. V. G. ſit ne aliquis nobilis, an vero plebeius *d.* §. *præiudiciales vbi interpp.* Vocantur autem actiones præiudiciales in rem: quia quæſtio ſuper perſonis vertitur, tanquam ſuper aliqua quacunque re: & perſona venit in iudicium, ſicut alia quædam res Schneidvvin. *poſt alios in d.* §. *præ-*

§.*præiudiciales numer.* 11. Competit itaque pro vendicanda & tuenda nobilitate legitime acquiſita, actio præiudicialis, vtilis, qua petit actor, vt pronuncietur, quod ipſe & ex tali gente vel familia nobili legitime natus, vel ab Imperatore nobilitatus, agnoſci debeat, veluti Nobilis. Et ne in tali iure de cætero turbetur: poſſitque vti imaginibus, cognomine ac aliis iuribus ſuæ familię Oldendorp.*claſſe* 3. *act.* 9. *quæſtio.* 8. §. *in tertio iudicio,&c.* Et quidem ſi nobilis petitione hereditatis ageret ad conſequendam alicuius defuncti hereditatem, & forte ei quæſtio ſtatus moueatur, quaſi non eſſet hæres, neque de familia illa, tum antequam actione illa quid conſequatur, incidens illa præiudicialis quæſtio ſtatus prius terminari debet *d.* §. *præiudiciales.*

Vtroque itaque iudicio † & petitorio & poſſeſſorio pro tuenda nobilitate agi poteſt, vti ex præcedentibus luculenter conſtat. De petitorio teſtatur Schneidvvinus *ind.* §.*præiudiciales n.* 34.vbi tradit:vtilem actionem confeſſoriam & negatoriam recte intentari, ad id vt quis agnoſcatur nobilis:eamq; ſententiā præiudicare, vt is qui obtinet, ferre poſſit arma & inſignia nobilium, item ſperare feuda,& alias ſucceſſiones. Quod & ante eum ſcri- 15

pſit

poſit Mynſingerus *in d.* §. *præiudiciales nu. 31.* poſt Bartolum *in l. vbicunque* §. *interdum ff. de vent. in poſſ. mitt.* De poſſeſſorio probat id Fuluius Pacianus *in tract. de prob. lib. 2. c. 12. n. 12.* Quaſi poſſeſſorium iudicium, ſiue vtile, in qualibet materia admitti, vt ſcilicet ex tractatu inducatur quaſi poſſeſſio iuris circa id, in quo quis pro tali fuit tractatus & habitus, quod ſcribit Ioſephus Maſcardus *de probatio. conclu. 390. numero* 17.

Sic poſſeſſorium etiam quoddam, eſſe conſanguinitatis & proximitatis, late & eleganter probatum eſt à Ioanne Goddæo *vol. 3. conſil. 32. num. 51. & ſeqq.* Vulteio *vol. 1. conſ. 30. num. 46. & ſeq. inter conſilia Marpurgenſium ICtorum.* Denique de nobilitatis vtroque iudicio in ſpecie tractat Fernandus Vaſquius *illuſt. controu. 78. num. 24.* Couarruuias *lib. 1. variar. reſolut. capit. 16. numer. 11. & 12.* & Ioann. Guitierr. *lib. 3. 4. quæſtio. capit. 14. & 19.* In quibus locis, proponitur illa quæſtio: Si ei qui in exemptionis ac nobilitatis quaſi poſſeſſione erat, lis mota fuerit, ſuper nobilitatis proprietate, & nec etiam in poſſeſſorio vlla ſententia lata fuerit, an interea is poſſit obtinere eos honores ac munera, quæ ex lege vel conſuetudine ad Nobiles tantum, nō etiam ad plebeios pertinebant *Vaſq. d. loc.* Item: an in cauſis nobilitatis, petitorium ſuſpendi poſſit per poſſeſſorium à

reo

reo vel ab actore deductum *Couarr. d. capit.* 16. *numer.* 11. *&* 12. Item: an nobiles litigantes poſſint ſuſpendere petitorium, vt de eo ſummarie cognoſcatur, & offerendo probationem in continenti, vt ſpoliati, reſtituantur. Item an ille, qui habet rem iudicatam pro ſe in poſſeſſione nobilitatis, ſi poſtea conueniatur in proprietate, releuetur ab onere probandi in proprietate Ioann. Gutierr. *d. q.* 14. *& quaſt.* 19. quo lectorem remitto.

Hiſce ita præmiſſis ad alia progrediendum eſt, & videndum de probatione Nobilitatis. Inutiliter enim quis prædictis remediis vtitur nobilitatis, niſi fundamētuū intentionis in ſua nobilitate poſitum probet. Quamuis enim naturali præſumptione quilibet præſumatur eſſe bonus, quoad cōtrarium probetur *leg. merito ff. pro ſocio leg. quoties* §. *qui dolo ff. de probat.*

Nemo tamen † præſumitur nobilis: quia 14
nobilitas non eſt à Natura *l. quod attinet. ff. de reg. iur.* vbi dicitur: Quod ad ius naturale attinet, omnes homines eſſe æquales. Non itaque præſumitur nobilitas, niſi probetur: & ſic ex præſumptione iuris, quam pro ſe habet inſimulans, probatio reiicitur in iniuriatum inſimulatum vel diffamatum Tiraquell. *cap.* 10 *n.* 13. Rol. à Valle *conſ.* 67 *numer.* 27 *vol.* 3. *Maſcard. de probat. concl.* 1094. *Gutierr. lib.* 3. *&* 4. *quæſtio.*

14.*num.* 1.*&* 4.*ſeqq.* Non tamen illa aſſertio locum habet, quando quis ſe fundat in ignobilitate aduerſarii: vt ſi quis frater ſecundogenitus diuiſionem fecit, cum primogenito, tanquam Nobili, & poſtea vult reſcindere diuiſionem, quia dicit patrem & maiores eorum non fuiſſe nobiles. Hic ſecundogenitus probare debet hanc ignobilitatem, cum in ea fundamentum conſtituat, vt poſt Tiraquellum *de nobilit. cap.*10.*num.*14. & Maſcardum *d. concl.* 194.*num.*3. notat Menochius *lib.*6.*præſum.* 60. *&* 3. *ſequentib.* ſic quoque ſi nobilis alia ratione diffamaretur, quaſi eſſet fur vel latro: eo caſu, cum nobilis pro ſe habet præſumptionem iuris, transfert ea onus probandi in iniuriantem *l. qui accuſare C. de edendo.*

15 Et quidem in poſſeſſorio † probatur nobilitas per communé reputationem, æſtimationem & opinionem hominum eamque immemorialem *l. cognitionem ff. de var. & extraord. cognit. l. prouidendum C. de poſtul. Guido Papa q.* 88.*n.* 2.*Ioann. Gutierr. d. quæſt.*14.*n.*22. vbi expreſſe dicit: quaſi poſſeſſionem nobilitatis cauſari ex communi reputatione *arg. l. Barbarius ff. de offic. prat.* Et Ripa *lib.*2.*reſp.*26.*num.*8. tradit: quod communis exiſtimato in hoc magis ſit quam lex. Quod ſequitur Tiraq. *c.*10.*per tot.* & Menochius *lib.*2.*de arbit. iud. quæſt. caſu* 670.*n.*4. Hinc Chaſſanæus, quod ad probãdam nobilitatem

eſt

eſt magis neceſſarius articulus de reputatione, & communi opinione, quam dicere, quod ſit ex tali nobili domo: & quod ſatis plene probetur nobilitas, quando maior pars teſtium deponit aliquem fuiſſe exiſtimatũ & reputatum pro nobili *Maſcard. concl.* 1094. *n.* 12. Idque vt maxime obtinet, quando eſt reputatus & exiſtimatus nobilis, in actibus poſſeſſoriis, qui nimirum reputantur actus nobilium, & nõ plebeiorum: quia tunc hi actus vere probãt quaſi nobilitatem poſſeſſoriam, per tradita Ioannis Gutierr. *d. lib.* 3. & 4. *quæſt.* 17. *num.* 5. Idem eſt, ſi quis probat, anteceſſores ſuos auitos, exercuiſſe actus nobilitatis, priuilegiaq; nobilium vſurpaſſe: adeoq; quaſi poſſediſſe nobilitatem: Se vero eſſe illorum heredem & ſucceſſorem, & pro eo ab omnibus eſſe reputatum & habitum *Gutierr. d. quæſt.* 17. *n.* 5. & *q.* 14 *n.* 13. & *ſeqq.* Et hinc recte nobilitatẽ probaſſe dicitur, qui probauit, prædeceſſores ſuos auitos fuiſſe admiſſos ad ludos equeſtres zum Turnieren: quia nimirum ad eos nemo admittitur niſi nobilis, vti ex ſuperiorib. conſtat. Hic ſubiiciendum eſt, quod de † communi fama dicitur: per eam 16
quoq; probari quaſi poſſeſſionem nobilitatis, ſi nimirum fama ſit inconcuſſa *Bald. in l. prouidendum per illum text. C. de poſtul. Tiraq. cap.* 10. *n.* 6. *Marcell. Cala. in tract. de modo art. & proband. in gl. vnic.* §. 2. *nu.* 256. *Vaſq. illuſt. coutrou.* 84. *numer.* 15.

& alii relati à Ioanne Guitierretz *d.quæſt.* 14.*numer.*33.

17 Et huc pertinet quod dicitur, probari † nobilitatis quaſi poſſeſſionem per teſtes, qui dicant illum non ſimpliciter nobilem, ſed ſemper etiam pro nobili reputatum Tiraquell.*capit.* 10. *num.* 6.*Maſcard. de probat. concl.* 1094.*nu.* 12. Sufficiunt autem duo teſtes *arg.leg. vbi numerus ff. de teſtib.* niſi pro cuiuſque loci conſuetudine, maxime quoad gradus & antiquitatem nobilitatis plures requirantur Gail. 2. *Obſ.* 149.

Item per notoreitatem, puta, ſi quis ſine vllius retractatione & contradictione ſemper reputatus eſt Nobilis *arg. c. penult & fin. de cohabitat. cleric.* vel etiam per ſententiam talis declaratus. Guitierretz *d. quæſtio.* 14. *numero* 101.

18 Qui ergo eſt in eiuſmodi † probata quaſi nobilitatis poſſeſſione conſtanti, & non interrupta, hoc eſt, abſque vllius contradictione aut reprobatione, ille alio onere probandi grauari non debet: ſed potius virtute poſſeſſionis in qua reperitur pro nobili habēdus, & ſententia pro eò ferenda eſt Bartol. *in leg.* 2. §. *non autem num.*1.*ff. de bon. poſſeſſ. ſec. tab. Marant. in l. nemo poteſt, numer.* 275. *de acq. heredit.*

19 In petitorio † probatur nobilitas, per literas ſi-

ras ſiue bullam conceſſionis, in quo nobilitas collata eſt *Gutierretz d. quæſt.*17 *num.*148.*&* 151. vel ſi illa amplius non ſit, per præſcriptionem inmemorialem Tiraquell. *de nobilit. cap.*14.*n.* 1.*&* 5. Eiuſmodi enim tempus cuius initii memoria non exſtat, habet vim tituli, iuſtitiæ, priuilegii & veritatis: & tantum poteſt, quantum Imperator cum cauſa *Chaſſ. in catalogo gloriæ mundi p.* 8. *conſider.* 20. Item per Chronica generalia, & libros hiſtoricos eiuſdem loci, vbi nobilis natus, & commoratus eſt: quibus creditur, præſertim in antiquis *leg.* 1.*ibi*, à quibuſdam ſcriptoribus traditum eſt *ff. de offic. conſ. Otalar. de nobilit.* 2. *part cap.*4. *numer.*3. Per matriculam nobilium *arg. l.* 1. *&* 2. *C de primic. Decian. conſil.* 66. *numer.* 55. *vol.* 3. prout ex inſpectione matriculæ ſtudioſorum itemq; Notariorum, quis probatur ſtudioſus & membrum Academiæ, itemque Notarius Bartol. *in fin. per illum text. ff. de reb. cred. & in l. non aliter C. de aduoc. diu. iud.* Itemque per conſanguineos, qui iurent, actorem eſſe nobilem, & teſtentur de genealogia ſua. Quia propinqui propriam genealogiam melius ſcire creduntur *c. vid. Qui matr. accuſ. poſſ.* Si vero conſanguinei non ſunt, admittuntur extranei *c. quoties de teſtib.* Probat etiam nobilitatem, qui habet à maioribus ſuis feudum antiquum, quale in iſtis locis nobiles poſſidere ſolent.

Quia tale feudum antiquum ſi non in totum probat, maxime tamen iuuat probationem nobilitatis. Nobilitas enim attribuitur anti- quitati Tiraquell. *de nobilit. cap. 7. num. 7. & 8. & cap* 10. *num. 6. &* 10 Et ex antiquitate generis quis iudicandus eſt nobilis *Aluarott. in §. ſi ru- ſticus. verſ. ſimiles de pace tenenda. per illum text. in vſib. feud.* Vbi obiter hoc addo: Si feudum antiquum, quod prius habuit poſſeſſorem nobilem, vendatur ignobili, quod dominus feudi non teneatur conſentire in venditio- nem, nec ipſum inueſtire *Guido Papa deciſion.* 415. *Ego emi Petr. Iacob. in praxi, titul. de actio- ne in rem pro re feudali verſ. attamen Domi- nus.*

20 Denique ex inſigniis † nobilium quoque vt plurimum probari & præſumi ſolet nobili- tas: Et probata nobilitate, præſupponuntur etiam & inſignia, Nobilitas enim ſine inſi- gnibus non eſt *Chaſſ. de gloria mundi* 1. *parte de armis concl.* 20. Quin & cuiuſque familiæ ſua ſunt inſignia: & nemo tenetur pati, quod quis ingerat ſe in ſuam familiam vel portet arma ſua. Poteſt autem contingere quod duæ di- ſtinctæ familiæ habeant eadem arma vel inſi- gnia, quæ tamen ob ſimilitudinem illam o- mnimodam non poſſunt dici eadem: quia nullum ſimile eſt idem *l. quod Nerua ff. depoſ.* Et idcirco ſi de inſigniis illis litigaretur inter di- uerſas

uerſas partes, iudex pronunciaturus eſſet, *vbi poßidetis, ita poßideatis.* Nam nõ apparente prioritate & poſteritate vſus vel conceſſionis huiuſmodi inſignium nemo ipſorum dicere poterit iniuriam ſibi fieri: quia quilibet habet antiquitatem & titulum, & poſſunt aſſignare eandem cauſam ſuæ poſſeſſionis, ſcilicet antiquitatem anteceſſorum: quia ex eo nemo dicitur prædo. Et cum ſint pares, in hoc vnus non impedit alterum. *Notat Chaſſanaus de gloria mundi* 1. *part de armis concl.* 28. *Bart. in tract. de armis numer.* 4. *Connan. lib.* 2. *commentar. capit.* 12. *numer.* 8.

Si itaque quis ex legitima † probatione in 21 iudicio nobilitatis cum iuſto contradictore ſuſcepto nobilis declaretur per iudicem, illa ſententia prodeſt omnibus eiuſdem familiæ, & vbique inter omnes ius facit, tanquam lata in cauſa ſtatus *Faber in d.* §. *præiudiciales Inſtit. de act.* Nam ſententia lata ſuper ſtatu vel conditione perſonarum, pro veritate habetur, & facit ius vbique etiam inter omnes abſentes, & non vocatos *l. ingenuum* 25. *ff. de ſtat. hom. Nou.* 117. *cap.* 2. *l. ſi quis liberos C. de naturalib. liber. Tira. cap.* 37. *n.* 14. & 15. Legitimus contradictor eſt, cuius primo & principaliter intereſt *Tiraq. d. loc n.* 4. Contra vero, ſi contra † nobilitatem 22 quis ignobilis pronũcietur, an omnib. eiuſdẽ familiæ noceat ac præiudicet? quæſtionis eſt.

Nocere, volunt Tiraquellus *d. capit.* 37 *num.* 14. *in fin.* Contrarium vero voluit Iohannes Faber *in* §. *præiudiciales Inſtit. de act.* Illius aſſertio paulo durior eſt. Huius vero propter fauorem nobilitatis longe æquior *arg. l.* 1. *C. de liber. cauſ.* & magis ample ctenda eſt. Et huc vſq; inſimulatus neceſſe habuit probare, ſe nobilē eſſe.

Quod ſi vero alia ratione diffamaretur Nobilis, & fur vel latro vocaretur, certe eo caſu non incumbit probatio nobili diffamato, vt in illo caſu, vbi Nobilis & iura nobilitatis habere negatur: ſed quia iniuriatus pro ſe habet præſumptionem iuris, quod quilibet præſumatur bonus *c. fin. de præſumpt.* ea iuris præſumptio, transfert & reiicit onus probandi in diffamatum: qui ſi non probauerit, abſoluetur inſimulat⁹, & manet eius fama ſalua & integra etſi nihil præſtiterit *l. qui accuſatore C. de edendo*, contra autem inſimulator ſecūdum naturam intentatæ actionis iniuriarum vel criminaliter vel ciuiliter per ſententiam & executionem punitur §. *curare Inſt. de act.*

23 Et exinde cognoſcitur, diſtinguendum † eſſe inter actionem iniuriarum à Nobili inſimulato contra inſimulatorem inſtitutam: & inter iudicium Nobilitatis, in quo de eo quæritur, an quis ſit nobilis, nec ne. In actione iniuriarum ei qui obiicit iniurias, vel inſimulat, incumbit probatio *gl. in cap. fin. de*

præſumt.

*præſumpt.in l.*2*.ff.de probat.*non ei qui negat *vulg. l.*1*.ff.de probat.* Ratio eſt: quia ex naturali præſumptione quilibet præſumitur bonus & honeſtus, donec contrarium ab alio probetur *l. merito ff.pro ſocio l. quoties §.qui dolo ff.de probat.* At in iudicio Nobilitatis, vbi alter alterum negat eſſe nobilem, naturali præſumptione nemo præſumitur eſſe nobilis: Nobilitas enim non eſt à natura, ſiue non eſt qualitas prima, quæ veniat ex natura, qua omnes homines ſunt æquales *l.quod attinet ff.de reg.iur.* ſed habet locum ex accidentibus, adeoque eſt res aduentitia ſiue adſcititia. Rol. à Valle *conſ.*67*.nu.*27*. vol.*3. Et ſic ex præſumptione iuris, quam inſimulans pro ſe habet, quod nimirum nemo naſcatur nobilis, reiicitur in iniuriatum, inſimulatum vel diffamatum, probatio ſuæ nobilitatis Matt. de Afflict. Bald. & Laudens. *in §.ſi ruſticus verſ.ſimiles de pace tenend.in* [illegible] *feud.* Tiraq.*cap.*10*.n.*13. & niſi ſe nobilem eſſe probauerit legitimis modis, cum ſuis qualitatibus, pro ignobili habebitur. Deficiente enim qualitate in nobilitate requiſita, deficit & ipſa nobilitas Tiraq.*de vtroque retractu* 1*.p.§.*26*.nu.*37*. &* 39*.ſub fin.* nec poteſt quid dici habile vel perfectum, cui aliquid deeſt *l.ſi vnus* 12*. C.de teſtam.* Et paria dicuntur, non eſſe, vel eſſe, ſed non iure *l.quoties ff.qui ſatiſd.cog.l.quamuis* 8*.§.ſi conuenerit* 8*.ff.ad SC. Velleian.*

24 Concluſiue, ex præcedentibus † deduci poteſt; probaturo nobilitatem articulandum eſſe; Primo, ſe directò deſcendere à patre, auo, proauo, & tritauo Nobilib⁹, qui & tales ab omnibus ſemper pro nobilibus habiti: Deinde quod iidem ſui parentes tales ſe quoque geſſerint; nec tale vitæ genus exercuerint, quod Nobilitati aduerſetur, adeoque Nobilem dedeceat: & denique quod ipſe quoque hodie ab omnibus in loco vbi natus vel commoratur pro nobili reputetur, nec aliter etiamnum viuat, quam nobilem decet. Marcell. Cala *in tract. de modo artic. & prob.* §. 2. *gl. vnic. n.* 256. *&* 2. *ſeq.* Franc. Marc. *deciſ. Delphin.* 805. *n.* 4. *in fin.* *p.* 2. *Maſcard. de probat. concl.* 1094. *n.* 12. Frider. Pruck. *conſil.* 22. *num.* 140. *p.* 1.

DISPV-

12-25-D-14

219

DISPVTATIO
DE
NOBILITATE CIVILI, SIVE POLITICA:

Ex tractatu

MATTHIÆ STEPHANI
J. U. Doctoris, & Anteceſſoris in Academia Gryphiſwaldenſi,

excerpta:

&

In Ampliſſimum Honorem

SPLENDIDÆ NOBILITATIS:
in eadem Academia publice 6. Aprilis Anno 1616. in auditorio maiori propoſita

ab

HIERONYMO vom Stein/
Regiomontano Boruſſorum.

110

Genere ac ingenio nobiliſſimis, virtute & eruditione & facundia excellentibus, itemque ſtrenuis viris,

Dn. HENNINGO, Dn. CASPARO, Dn. ERNESTO, fratribus NORMANNIS, hæreditariis in Dubnitz & Poppelnitz; optimis literatorum patronis, adfinibus & amicis meis, omnia felicia & ſancta precor.

N*Obiles, Strenui & doctiſſimi viri: meminiſtis adhuc, quod in funere beati veſtri patris, Domini* HENRICI NORMANNI, *de eiuſdem vita laudatiſſima, morte beatiſſima, defuncti gloria conſeruandæ, dolori matris, & veſtri, aliorumque conſanguineorum mitigando; & meæ obſeruantiæ conteſtandæ, orationem aliquam ſcripſerim & exhibuerim. Illam ipſam tractatui meo de nobilitate ſubiicere & publice exſtare vobiſq; omnibus & ſingulis, vna cum diſputatione de* Nobilitate *publice à me in Academia Gryphiſvvaldenſi habita, lubens meritoq; inſcribere & dedicare volui. Tum quia pater veſter inſigne exemplum veræ Nobilitatis aliis exhibet: tum quia & ipſi paternis veſtigiis inſiſtitis; tum denique vt meam erga vos inſuper beneuolentiam & promptitudinem animi conteſtarer. Hoc itaque quidquid eſt, vt boni conſulatis, mihique fauere deinceps pergatis, peramanter à vobis contendo. Valete feliciter, Gryphiſvvaldi 26. Martii, Anno 1616.*

Matthias Stephani D.

DE NOBILITATE.

Conclvsio I.

NObilitatis nomen, originem ſuam in latinitate trahit à Noſco; vt nobilis inde dicatur, quaſi noſcibilis; & nobilitas tanquam noſcibilitas, ſiue præ cęteris nota, clara, illuſtris, aperta, ſpectabilis, conſpicua, vulgata atque hominum ſermone celebrata. *Tiraquellus in tract. de nobilitate cap. 2. in princ.*

II.

Significatio nominis nobilitatis non vna & eadem eſt, ſed multifaria.

III.

Late & minus proprie ſumpto vocabulo, non tantum de bonis rebus idem accipitur, ſed etiam de malis *Valla lib. 5. cap. 35. Tiraq. d. cap. 2. n. 30.*

IV.

Quin & analogia ſiue ſimilitudine quadam rationis, quodcunque altero eſt pręſtantius, idem poteſt dici nobilius. Quo modo homo omnium animantium habetur Nobiliſſimus.

V. Nec

V.

Nec tantum rebus animatis, ſed etiam inanimatis & rationis expertibus nobilitatis nomen tribuitur; quod late demonſtrat Tiraquellus *d.cap.2.*

VI.

At ſtricte & proprie accepto nomine nobilitatis, cuncta expertia rationis, expertia quoque ſunt nobilitatis; adeoque ſolus homo inter mortalia viuentia eſt particeps nobilitatis.

VII.

Nobilitas enim eſt quid illuſtre & præclarum: nobilitas virtuti eſt familiaris: vitæ liberæ congruit: & ad ingenuas ac honeſtas actiones dirigit. Virtus, libertas, & honeſtum homini; non etiam iumentis & feris, aliiſque inanimatis rebus competunt *Franciſcus Picolomineus in tract. de moribus grad.8. cap.17.*

VIII.

Specialiter autem Nobilitatis nomen denotat præeminentiorem dignitatis gradum, certis perſonis ob virtutes competentem: Germanis der Adel.

IX.

Et ſic nobilitas apud nos eſt dignitas quædam, quam quis ab Imperatore, ſiue alio non recognoſcente ſuperiorem, ob virtutes acqui-

quiſiuit; vel à parentibus & prædeceſſoribus auitis per ſanguinem in ſe deriuatam poſſidet. *Paulo aliter deſcribit Bartolus in l.1.C.de dignit. lib.12.*

X.

Fons itaque & cauſa Nobilitatis eſt Virtus; itemque authoritas principis.

XI.

Sola enim virtus non eſt ſufficiens ad acquirendam nobilitatem ciuilem; niſi accedat authoritas Principis ſummi, vel alterius eam poteſtatem habentis: quæ virtutis actionem, nobilitatis honore dignam, publico elogio confirmat.

XII.

Et in hoc differt nobilitas ciuilis, à nobilitate Philoſophica, quam virtus per ſe & ſola confert. Quæ nobilitas, tanquam naturæ & gentium iure competens, rectius nobilitas communis & generalis, quam ciuilis dicitur.

XIII.

Nam qui ſola virtute eſt notior & excellentior, ille quidem communi populorum conſenſu cenſetur aliis præſtantior & nobilior: non etiam ratione politica & ciuili; quippe quod hæc authoritatem Principis etiam requirit.

XIV.

Solus enim princeps, tanquam fons & caput

Digitized by Google

put omnis dignitatis *l. 1. l. præfectus in fin. C. de dignit. lib.* 12. honeſtos & virtuoſos à plebeis diſpoſitione ciuili eximit, eiſque nobilitatem confert *l. fin. C. de legib. l. 1. C. vt dignit. ordo ſeru.*

XV.

Et exinde nobilitatem politicam ſiue ciuilem iuris ciuilis eſſe conſequitur. Quam ſententiam tenent Tiraquellus *d. tract. cap. 6. n. 1. & 6.* Hermannus Vulteius *Conſil. Marpurg. vol. 3. conſil. 34. num.* 167. vbi allegat etiam pro hac ſententia Cacheranum *deciſ.* 100. *n.* 47. Guidonem Papæ *deciſ.* 90.

XVI.

Hæc nobilitas ciuilis per ſe quidem vna & eadem eſt; gradu tamen tam arctè & varie diſtinguitur, vt varia eius genera eſſe cenſeantur. Sicut omnium fere dignitatum ſunt gradus *l. vt gradatim. ff. de munerib. & honorib.*

XVIII.

Alii namque ſunt ſimplices nobiles; quidam nobiliores; alii vero nobiliſſimi *l. nobiliores C. de Epiſc. aud. l. furioſi C. de nupt. Tiraq. de nobilit. cap.* 37. *n.* 67. *Schrader. conſil.* 23. *num.* 12. *& conſil.* 14. *n.* 89.

XIX.

Et ſic apud Germanos recepta eſt illorum titulorum differentia, vt quidam dicantur Illuſtriſſimi, alii illuſtres, alii generoſi, alii nobiliſſimi, ſtrenui *Pet. Greg. Tholoz. lib. 4. de Repub. cap. 4. n. 5.*

XX. Ad-

XX.

Adeoque Nobilium alii ſunt Principes, alii Duces, alii Marggrauii & Landgrauii, alii Comites, Barones, alii denique in vltimo nobilitatis ordine, in ſpecie & ſimpliciter nobiles dicti *Tiraq. d. cap. 37. num. 67. Pet. Hegius p. 1. quæſt. 2. n. 6.*

XXI.

Hinc Innocentius III. Marchionem Miſnenſem vocat virum Nobilem; *in c. conſtitutus Ext. de teſt. & atteſt.* & Innocentius IV. Comitem Bononienſem nomine nobilis citat *in c. grandi in pr. de ſuppl. neglig. prælat. Schrad. d. loc. n. 42. & conſil. 14. n. 89.*

XXII.

Nobilium itaque nomen latiſſime patet, vt complectatur omnes ordines & gradus nobilitatis, vſque ad plebeios. Dignitas tamen eorum gradatim diſtinguitur, & ſecundum maius & minus differt *text. in tit. Quis dicatur Dux, Comes vel Marchio. Tiraquel. d. tract. cap. 2.*

XXIII.

Speciali vero ſignificatione, nobilium appellatione illi duntaxat veniunt, qui ſunt infra Barones; Nobiles ita ſimpliciter dicti. Quorum in Germania plerique ſtatibus Imperii, aliiſque ordinibus ſubiecti: quidam vero Imperatori & Romano Imperio immediate parent; & vocantur liberi nobiles, Freye

vom Adel/Freye Ritterſchafft. *Sixtin. in tract. de Regalib. cap. 4. n. 96 lib. 1.*

XXIV.

Præterea nobilitas alia eſt noua & initiata, alia antiqua & hæreditaria. Sunt enim nobiles alii facti, qui nimirum primitus in ſua perſona ob virtutes & res geſtas beneficio principis nobilitatem acquiſiuerunt: quorum nobilitas dicitur noua: alii vero ſua & parentum ſuorum virtute tales ſunt: quorum nobilitas dicitur antiqua Pet. Greg. *d. lib. 4. de Republ cap. 2. n. 4.*

XXV.

Sane quamuis nobilitas antiqua, dicatur & cenſeatur perfectior noua: non tamen probari poteſt inſolentia quorundam qui antiquam nobilitatem iactitant, & nouam plane deſpiciunt. Quaſi ſcilicet eorum maiores non fuerint aliquando noui, & aliquando primum cogniti Pet. Gregor. *d. cap. 4.*

XXVI.

Et certe vti omnium rerum initium & perfectio quædam; itemque infantia & virilitas: Ita quoque nobilitatis aliquod principium ſtatuatur neceſſe eſt. Cum iure naturali omnes homines æquales ſint; quoad diſpoſitione ciuili ex numero plebeiorum legitime eximuntur. Et huc pertinet vulgatum illud:

Da

Da Adam hacket vnd Eua ſpann/
Wer war damals ein Edelman?

XXVII.

Diſcerni hinc quoque ſolet inter nobilitatem virtutis, & nobilitatem generis: cum in aliquo poſſit eſſe nobilitas generis, in quo non ſit nobilitas virtutis: de qua diſtinctione videatur Keckermannus *in præcognitis Ethici Syſtematis pag.* 41.

XXVIII.

Ratione loci; diſtinguuntur nobiles in Vrbanos & Ruſticanos Tiraq. *d tract. cap.1.num.* 53. Vrbani ſunt, qui in vrbibus & ciuitatibus: Ruſticani vero; qui ruri in villis habitant. Quæ tamen loci diſtinctio, Nobilitati parum aut nihil addit vel detrahit Tiraq. *d. loc. num.* 54. *& ſeq.*

XXIX.

Denique cum virtus ſit fons, ex quo laus, honos & tandem Nobilitas fluit; eaque ſit vel armata ſiue militaris, & togata, ſiue literaria: exinde duplex erit conſtituenda nobilitas: vna quæ marte ſiue armis; altera quæ arte ſiue literis conciliatur.

XXX.

Vtraque enim virtus facit nobilem *l. aduocati & tot. C. de aduocat. diu. iudic. l. prouidendum C. de poſtul.* §. 3. *&* 4. *in proœm. Inſtit. l. diximus in fin. ff. de excuſat.* Tiraquel. *d. tract. cap.* 5. *num.* 5.

modo iuſta accedat nobilitandi forma. Quippe quod ſola virtus ad nobilitatem non ſufficiat, ſed inſuper requiratur authoritas principis *ſup. concl. 9. & 10.*

XXXI.

Fit itaque nobilis, cui nobilitas confertur, ſiue qui plebeia conditione eximitur à Principe, ſiue alio eam poteſtatem habente *l. quoties §. viros C. vbi ſenat. vel clariſſ. Carol. Tap. a Rubr ff. de conſtit Princ. cap. 4. n. 112. & ſeqq. Goden conſil. 3. n. 23. & ſeq.*

XXXII.

Et ſic Rex in ſuo regno nobilitandi poteſtatem habet. Tantum enim poteſt Rex in ſuo regno, quantum Imperator in Imperio Romano: Itemque alii ſuperiorem non recognoſcentes, cum illi ad paria iudicentur cum Imperatore Romano *Pet. Anto. de Petra in tract. de iure quæſito per principem non tollendo cap. 3. quæſt. 4. n. 39. Roſenth. de feud. cap. 10. concl. 1. n. 6.*

XXXIII.

Hinc illa oritur quæſtio: An prȩter Imperatorem, Reges, alioſque ſuperiorem non recognoſcentes, etiam reliqui inferiores Principes, Electores, Duces, Marchiones, & alii ius nobilitandi habeant? Sunt qui id adfirmant Tiraquellus *d. tract. cap. 6. num. 5.* vbi plures allegat; quibus adde Obrechtum *diſput. feud. 2. n* 28. Sunt itidē qui id negant: Regner. Sixtin. *in*

tract

*tract. de regalib lib.1.cap.5 n.*123. Ferrarius Montanus *in tract. feud. lib. 5 .cap. 7 .verſ. Regalia adhuc biſariam*, & alii. Quæ noſtra ſit opinio, diximus *in tract. de nobilitate cap. 5 .n. 5 & 2. ſeqq.* eaque in ipſa diſput. aperietur.

XXXIV.

De eo conſtat, aliquando priuatos homines ex conceſſione Imperatoris ſibi facta, donec viuunt, ius nobilitandi habere, aliaque ad Imperatoris authoritatem, poteſtatem & regalia pertinentia, exercendi: qui vocantur Comites Palatini: idque vſus teſtatum facit, & ex eorum conceſſionibus apparet.

XXXV.

Quo tamen caſu, nihilominus omnis collatio & dignitas ſolius concedentis Imperatoris eſſe dicitur; quippe quod ipſe quis feciſſe cenſeatur, id quod per alium facit *c. quod quis. de reg. iur. in 6. Fr. Pheill. reſp.* 197. *n.* 3. *&* 4. *Sixtin. d. loco. n.*104.

XXXVI.

Sic Archiducibus Auſtriæ competit ius creandi non tantum nobiles, ſed etiam Barones & Comites, idque ex ſpeciali Imperatoris priuilegio; quod verbotenus habetur apud Munſterum *in Coſmographia lib.3. c.*416. *Sixtin. de Regalib. d. lib.1. c.4. n.34. 64. & 65. & c.5. n.*127.

XXXVII.

Quicunque autem nobilitandi ius habet,

is aliquem plebeia conditione eximendo facit nobilem, tum expreſſe, tum tacite Bart.*in d.l.*1. C. *de dignit. lib.*12.

XXXVIII.

Expreſſe, quando princeps alicui expreſſis verbis vel ſcriptis nobilitatem confert; eamque euidenti aliquo actu externo, itemque diplomate, continente conceſſionem ſiue collationem nobilitatis factam Ioannes Gutier.*lib.*3.*&* 4.*quæſt.*17.*n.*151. vti & collatione inſignium ſiue armorum Pet.Greg.*lib.*6.*de Republ.cap.*16.*n.*2. Et hinc tam variæ nobilium imagines & inſignia cum apertis galeis, Wapen mit offenem Helm/quotidie conſpiciũtur.

XXXIX.

Sic ex lege ſiue ſcripto confertur nobilitas mulieri plebeiæ, quę viro nobili nubit *l.fœmina ff.de ſenat.l.cum te.& l.vlt.C. de nupt.l.mulieres C.de dignit.lib.*12.*l.vlt.C.de incol.*

XL.

Quæ exinde viri ſui nobilis dignitate & priuilegiis gaudet.*Nou.*105.*cap.*2.*l.vlt.* C.*de Profeſſ. & med.* etiam mortuo marito, vſque dum in viduitate permanet *l.filii* §.*viduæ ff.ad municip. d.l.fœmina.*

XLI.

Tacite nobilitas confertur, quando nobilitandi poteſtatem habens, ſine expreſſa creatione aliquem nobilem facit per neceſſariam quan-

quandam conſequentiam Bartol. *in l.* 1. *C. de dignit. lib.* 12.

XLII.

Quomodo Nobiles fiunt, qui ſine expreſſa nobilitatione tantum in aulæ Imperatoris Senatum aſſumpti ſunt *l.* 2. *in princ. C. de legib. l. quiſquis in verb. pars corporis noſtri ſunt C. ad L. Iul. Maieſt.* Tiraq. *de nobilit. cap.* 6. *n.* 21.

XLIII.

Vel etiam à Principe exercitui præficiuntur, Werden zum Befehlshaber oder Obriſten gemacht/oder wegen ihrer Rittermeſſigkeit zum Ritter geſchlagen. Tiraq. *de nobil. cap.* 8. *n.* 15.

XLIV.

Item quibus dignitas Doctoralis confertur: nam & illi priuilegia nobilitatis multa conſequuntur Guido Papæ *deciſ.* 88. Tiraq. *d. loc. cap.* 5. *n.* 5. Pet. de Leſnauderie *in tract. de priuileg. Doctorum p.* 2. *quæſt.* 38. *& ſeq.*

XLV.

Sed ſi Princeps aliquem de feudo nobili inueſtiat, cenſebitur ne ille nobilis fieri? Nos dicimus feuda per ſe & ſimpliciter non nobilitare; ſed tum demum, cum feudum eſt nobile, & cõceditur ab eo qui nobilitãdi poteſtatẽ habet: qui in dubio quoque voluntatem conferendæ nobilitatis habuiſſe, & vere quoq; inueſtitũ nobilẽ facere voluiſſe exiſti-

matur *VVeſenbec.conſil* 135.*num.*70.*Vult.lib.*1.*de feud.cap.*18.*n.*10.*Tiraq.cap.*7.*n.*14 *& ſeq.*

XLVI.

Cum itaque per conceſſionem feudi inueſtitus nobilitari dicitur, id non acceptum ferri debet rei in feudum conceſſæ, ſed Imperatoris præſumptę voluntati. Adeoque recte dicitur, Nobilitatis dignitatem duntaxat à perſona, nimirum Imperatore, non etiam à re quaquam promanare *Vult.d.loc.n.*10.

XLVII.

Nihil autem prohibet, quo minus princeps etiam extra ſuum territorium poſſit ſubditum ſuum creare nobilem *arg. l.* 1. *de offic.proconſ. Tiraq.cap.*6.*n.*26.

XLVIII.

At ſi ſummo iure agatur, non inſubtiliter dici poſſet, eum qui nobilitatem habet ſolum ex Principis ſui priuilegio, non poſſe frui iuribus nobilitatis extra territorium concedentis *per l.fin.ff.de iuriſd.*

XLIX.

Sed mutuo populorum conſenſu, & quadam velut tolerantia receptum eſſe, vt qui in vna prouincia nobilis eſt, pro tali etiam habeatur in alia. Quoniam ſi Germani Nobiles, apud Polonos, Danos, Suecos, Hiſpanos non eſſent tales, eueniret, vt nec Germani eoſdem apud ſuos paterentur dici nobiles: idque iure

iure retorſionis, quo nihil æquius eſſe poteſt *tot.tit. Quod quiſque iur. Ant Faber.lib.9.C.tit.28. defin.12.n.9.*

L.

Sic ius & priuilegium nobilitatis alicui cõceſſum ad certos vſus, puta. vt feuda nobilia poſſidere poſſit, aut ad dignitates peruenire, quarum aditus nõ niſi nobilibus pateat, illud priuilegium fines territorii concedentis non egreditur *Faber.d.defin.12.*

LI.

Qui patritiatus dignitate ornati ſunt, licet illi in vrbibus & ciuitatibus habitent, & propterea ciues potius, quam nobiles dicẽdi ſint: ob ciuitatis ſplendorem tamen, & ex eadem originem ſumptam, & ipſi cenſentur nobiles: non aliter tamen, quam ex conſuetudine vel ſtatuto illius gentis: adeoque duntaxat in illo loco cenſentur Nobiles, extra non item *d.l. fin.ff.de iuriſdict. Tiraquell. capit.10.in pr.n.1.& ſeqq.*

LII.

Nobilitari poſſunt omnes ab Imperatore, quibus portæ dignitatum non ſunt præcluſæ, ſed adhuc patent, Tiraquell.*cap.6.numer.26. & ſeqq.*

LIII.

Naſcuntur Nobiles, qui ex parentibus nobililibus deſçendunt *l.1. Codic.de dignit. lib.*

 12.vbi

12. *vbi Bart.* Effectus enim legitime acquiſitæ nobilitatis eſt, quod ea perpetuo in poſteros continuetur.

LIV.

Vnde hęc nobilitas dicitur Natiuitatis & generis: cui vtplurimum tribuere ſolent Germani: adeoq; vt is cumprimis cenſeatur & dicatur Nobilis, qui ex nobilib. parentibus naſcitur. Magis tamen, ſi claris natalibus ſtudia literarum coniungantur *Pet. Heg, p.1. q.2. n.63.*

LV.

Vt autem quis naſcatur nobilis, debet vterque parens eſſe nobilis, vel certe pater. Nam à ſolo patre deducitur nobilitas: & liberi naſcũtur nobiles ob patrem nobilem, etiamſi mater ſit ignobilis *Tiraquell. capit.* 18. *nume.* 20. *& ſeq. l. cum legitima ff. de ſtat. hom. leg. liberos ff. de ſenatoribus.*

LVI.

Si itaque mater ignobilis ſit, pater vero Nobilis, non obſtabit liberis ex iuſto matrimonio procreatis, ignobilitas matris: ſed ſequuntur illi conditionem ſui patris *arg. l. mulieres* 13. *C. de dignit.*

LVII.

Non tamen eſt dubium, quin clarior & illuſtrior ſit liberorum Nobilitas, ſi ex parte matris quoq; præclara nobilitas accedat *Tiraq. cap.* 18. *n.* 26.

LVIII.

LVIII.

Duplici namque dignitate condecoratum, præferri ei qui alteram tantum habet, tralatitium eſt.*leg.*1.*Cod.de ſilentiariis lib.*12.*l.* 1.*Codic.de Primiceriis, lib.*12. *Menoch.conſil.*126.*Nobilis num.* 12.*lib.* 2.

LIX.

Vnde quidam colligunt, Doctorem natum ex Nobili ſiue Doctore, præferendum eſſe Doctori, ex ciue non Doctore, vel non Nobili. Item filium natum ex Doctore, præferendum eſſe filio nato ex ciue ſiue plebeio *l.iubemus.* 3. *C.de aduoc.diu.iudic.l.nemini* 11.§.*non aliter* 1.*C. de Aduoc.diuerſ.iudiciorum Deci.reſponſ.*19.*Quanquam n.* 229.*volum.*3.*Martin. Laudenſ.in tract.de dignitatib. quæſt.*17.

LX.

Duæ namq; cauſæ exuperant vnam: & duæ rationes vincunt vnam: & duo vincula plus ligant quam vnum *Auth.de conſanguineis & vterinis fratribus cap.Quia igitur* 1.§.*plurima* 2.*Nou.*84. *Auth.ceſſante* C. *de legit.hered. Nou.*118.§.*ſed hodie* 2.*Inſt.de adopt.*

LXI.

Et ſic videmus moribus Germanorum receptum eſſe, vt octo Generationes nobilium ex vtroq; latere ſiue parente ſine defectu nobilitatis probentur, daß einer ſeine acht Ahnen zum wenigſten erweiſen kan.

LXII,

LXII.

Quæ conſuetudo Germaniæ etiam in Eccleſiaſticis collegiis Capitularium, præſertim ſuperioribus, obſeruatur, vt non, niſi hoc modo perfectiſſimi ſint, in iiſdem admittantur.

LXIII.

At de iure Canonico nulla habetur ratio nobilitatis in eiuſmodi collegiis. Non enim generis, ſed virtutum nobilitas, vitæque honeſtas gratum Deo faciunt, & idoneum ſeruitorem *c. pen. de præbend. vbi gl.* Tiraquell. *cap.* 20. *numer.* 18.

LXIV.

Ad ludos equeſtres, zum Turnieren/ neminem quoque admitti, niſi qui ſuam nobilitatem ex quatuor auis paternis & maternis probare poſſit, teſtantur articuli ea de re conſcripti, quos refert Munſterus *lib.* 3. *Coſmograph.*

LXV.

Sed quæſtionis eſt: Poſſitne Imperator vi ſupremæ poteſtatis, nouo homini, ſiue cum nouo nobili gratiam facere, ita vt ad ludos eiuſmodi equeſtres habilitet? Adfirmatiuam defendit Fridericus Pruckmannus *in tract. de Regalib. §. ſoluta poteſtas cap.* 4. *memb.* 1. *effect.* 4. *ratione legum num.* 12.

LXVI.

LXVI.

Cæterum tranſmiſſio & quaſi ſucceſſio nobilitatis non procedit niſi ex iuſto & legitimo matrimonio. Baſtardi itaque ſiue illegitimi filii ex patre nobili nati, ne quidem pro filiis nobilium ciuiliter habentur: quia decidunt non à fonte nobili, ſed ſanguine putrido. Et ſordes non merentur inter præcipuos nominari *l. humilem* C. *de inceſt. nupt.*

LXVI.

An autem ad liberos ante nobilitatem patris natos, extendatur nobilitas? dubitatur. Quod nos exiſtimamus *per l. ſenatoris ff. de Senatorib.* Pro conciliatione *d. l. ſenatoris.* cum *l. ſenator* 11. *C. de dignitatib.* diuerſimode pugnant interpp. vt eſt videre apud Duarenum *lib.* 2. *diſp. anniuerſ. ca.* 29. Iulium Pacium *cent. 1. ἐναντ. quæſt.* 39. Iacobum Cuiatium *in explicatione d. l. Senator.* Nos quęrenti noſtram opinionem dabimus.

LXVII.

Illud etiam in controuerſiam venit: An ad liberos legitimos tantum, ſeu adoptiuos etiam extendatur nobilitas? Quod itidem putamus *per l. in omni* 13. *ibi*, patris dignitas quæſita per adoptionem *l. per adoptionem* 35. *ibi*, per adoptionem dignitas non minuitur, ſed augetur *ff. de adopt. l. liberos* 10. *de ſenatorib. l. ex adoptiuo* 27. *Senatoris* 5. *l. ſeq. de ſenat.* Per diſtinctionem

[redacted]

Digitized by Google

nem ad hanc quæſtionem reſpondet D. Cuiatius *conſultat.56. & in comment. ad lib. 36. quæſt. Papiniani.*

LXVIII.

Item: Si nobilis ſe det in adoptionem plebeio, an Nobilis eſſe deſinat? Adfirmatiuam tuetur D. Cuiatius *d. conſultat.56.* ſtatuens: adoptione nobilem fieri ignobilem Sed contraria ſententia videtur verior Henrico Bocero *in tract. de Regalib. cap. num.42 per text. in l per adoptionem 35. ff. de adopt. l. Senatoris 6. §.1. & l. ſeq. in pr. de ſenatorib.*

LXIX.

Ad parentes aut alios ſuperiores non aſcēdit nobilitas liberorum *Tiraq. capit. 16. n.1. & ſeqq.* Niſi Imperator filium nobilitans, ſimul quoque patrem eius nobilitaret, & de eo in priuilegio conſtaret. Nobilitas enim eſt ex earum rerum numero potiſſimum, quæ in arbitrio & ſola voluntate conferentis conſiſtunt, vnde & in inuitum confertur nobilitas *contra l. inuito ff. de reg. iur.*

LXX.

Sed quid de tranſuerſalib. heredibus? tranſitne ad eos nobilitas? Non tranſire, itidem dicendum eſt. Niſi Imperator fratres ſimul nobilitauerit: Quo vtroque caſu parentes & fratres ſuo quaſi iure ſibi nobilitatem vendicant: non etiam ex perſona filiorum vel fratrum.

arg.

arg. leg. 1. de conſtit. princ. c. priuilegium. de reg. iur. in 6.

LXXI.

Quin autem maritus nobilis cum plebeia ſua coniuge nobilitatem ex diſpoſitione legis communicet, non dubitatur *ſup. concl.* 39. *&* 40.

LXXII.

Si vero vxor nobilis nubit ignobili, per hunc matrimonialem actum ſuæ dignitati aliquid detrahit, & ignobilis redditur *arg. l. fœmina ff. de Senatorib.* Item ſi impudice & minus honeſte vixerit *Tiraq. cap.* 18. *n.* 13.

LXXII.

Sed mulierem ignobilem, nubentem viro nobili, fieri nobilem, in tantum verum eſt, vt etiam amiſſo & mortuo viro, vſque dum in viduitate permanet, pro nobili habeatur, & iiſdem priuilegiis gaudeat, quæ marito propter nobilitatem competebant *d. l. fœmina* §. 1. *& l. filii* §. 1. *Ad municip d. l. mulieres & vlt. C. de incolis lib.* 10. vt ſuperius modo dictum eſt *concl.* 40.

LXXIII.

At ſi poſt nobilis mariti mortem, fœmina quæ prius fuerat plebeia, iterum nubat plebeio, cadit priuilegio quæſitæ nobilitatis, nouique mariti conditionem ſequitur *l. filii* 22. §. 1. *ad municip. Tiraq. cap.* 18. *n.* 15. *& ſeq.*

LXXIV.

LXXIV.

Ad nobilitatis acquiſitæ effectus, referuntur etiam priuilegia & præeminentiæ, itemq; immunitates quædam. Et vt ab inſigniis initium faciam, conceduntur ea nobilibus, cum apertis galeis, mit offnē Helm: vt ex iis appareat, Nobiles aliis plebeis præſtare, itemq; quomodo familiæ & agnationes inter ſe diſcernēdæ ſunt *arg.l.ſanctum* §.1.*ff.de rer.diuiſ.*

LXXV.

Non enim poſſunt, nec debent plebei ſiue ignobiles talia eligere inſignia, qualia Nobiles hodie ſibi vſurpant, cum apertis galeis, vt confuſio euitetur, *Bon. de Curtili de nobilit.p.*3. *numer.*173.

LXXVI.

Si dolo & fraude quis alterius inſignia vſurpauerit, præter prohibitionem, tenebitur iniuriarum, & falſi *l.mimæ* 3.*C.de Epiſc.& Cler.c. dilect.vbi Panorm.de exceſſ.prælat.*

LXXVII.

In veſtitu & habitu quoque habent prærogatiuam Nobiles præ plebeis *iuxta l. obſeruandum ff. de offic. præſ.tot. titul. Codic. de veſtib.holoſ. & aur.*

LXXVIII.

Hodie autem ex peruerſa conſuetudine, & nimia hominum luxuria, & conniuentia ſuperiorum eo res, proh dolor, deuenit, vt vix inter

.ebeium & nobilem diſcerni poſſit: quod . quidem dolendum eſt: vt non immerito aduerſus diuites populares, quod ſe & vxores in veſtibus æquales honoratioribus faciant, exclamet Albericus *in l.* 1 C. *Quæ res vend. non poſſ.*

LXXIX.

In ſeſſionibus & ſalutationibus, aliiſque id genus honorantiis itidem debetur prærogatiua Nobilibus, adeo vt niſi hoc fiat, & quis nobiliori & digniori cedere nolit, ille non ſolum officio iudicis prohiberi, ſed etiam pro defenſione honoris, actione iniuriarum conueniri poſſit. *l. iniuriarum* 15. §. *ſi quis ff. de iniu.*

LXXX.

Quin amplius ſunt, qui contendant, licere reſiſtere armata manu, & de facto, ſi aliquis in prærogatiuis debitis impediatur. *Bal. in l. obſeru.* §. *antequam. ff. de offi. procõſ. Vaſq. illuſt. controu. ca.* 18. *n.* 16. At contraria ſententia, iuri & æquitati magis conſentanea eſſe videtur, quam tuentur Ioann. Faber *in* §. *aliũ Inſt. de bon. poſſ.* & Georgius Obrechtus *in tract. de neceſſaria defenſione ca.* 9. *n.* 7. *& ſeqq.*

LXXXI.

Ex eo quod dictum plebeium debere cedere Nobili, inferunt quidam: Si ruſticus à viro nobili inſultaretur, quod ruſticus nobili cedere, ſiue eum fugere debeat, ſi abſque periculo hoc poſſit. Contra vero, ſi vir nobilis à ruſtico

Q inſul-

nſultaretur, & nobilis ruſticũ occidat, cu...
iias fugere nobilis poterat, eum nobilem non
debere puniri pœna ordinaria homicidii : eo
q. turpe ſit homini nobili cedere, & contra e-
ius h...onorẽ *Bal. in c. 3. n 16. de pace ten. in vſib. feud.*
& alii re...ti ab Andr. Gail. 2. obſeru. 100. n. & ſeqq.

LXXXII.

Sed nobis v... videtur, non eſſe conſtituendam
differentiam in ... hoc caſu inter nobiles & ple-
beios. Et idcirco in... diſtinctè omnes fugere te-
neri, ſi commode fuga... ſibi conſulere poſſint
tenendũ eſt. Et felix ille e... quidem eſt, qui nec
legitime, nec illegitime aliqu... em occidere co-
gitur: imo leue honoris detrin... entum potiu
pati, laudabilius erit, quam ex leu... i cauſa in ne-
cem hominis conſpirare *l. iniuriar.* ... *.§. ſi quis ff.*
de iniur. 44. Tiraq. cap. 20. n. 64.

LXXXIII.

Inſigniuntur quoque Nobiles præ... lebeis ... tioribus titulis quibuſdam, præ aliis p... mi, & dicuntur alii generoſi, alii nobiliſſi... ſtrenui.

LXXXIV.

In alimentis conſtituendis, in priuil... egiis ne quis vltra quam facere poteſt, teneatu... temque in ſumptibus & expenſis faciendis ratio quoque nobilitatis habenda eſt *leg. ... vnus §. alimenta ff. de aliment. leg. l. in patrem l. ſi quis 12. § . pen. de relig. & ſumt. fun.*

LXXXV

LXXXV.

Nobilium priuilegia quædam conſiſtunt in præſumptionibus: quia nimirum maior præſumptio virtutum, integritatis & innocentiæ ſtat pro nobili, quam pro plebeio *l. ſi à bonæ fide ff. de rei vendicat. Tiraquell. capit. 20. numer. 20.* Et generaliter traditum eſt, quod teſtimonium nobilium ſemper præcellat. *gl. in leg. 3. verb. plebeio ff. de teſtibus & in cap. item teſtium 4. quæſtio. 3.*

LXXXVI.

Quin & nobilitas interdum facit, vt ſimpliciter nobili aſſerenti fides habeatur *c. nobiliſſim d ſt. 17.* Hinc eſt, quod promiſſiones nobilium, ſub nobilitatis fide, bey Adellichen Ehren vnnd Glauben facte, in contractibus & renunciationibus vim corporalis iuramenti obtineant, & pro impletis habeantur *Mynſing. Obſ. 17. Gail. 2. Obſ. 59. VVeſenb. conſilio 51. numer. 22.*

LXXXVII.

Ad nobilitatis præminentiam etiam pertinet, quod Nobiles in ſuis villis & pagis habent iuriſdictionem & mixtum merumque imperium: adeoque ius dicere, & iudicatum ſimul exequi tam in criminalibus quam ciuibus poſſint: dicunturque iudices ordinarij *Mynſ. de cad. 15 reſp. 1. n. 35.*

LXXXVIII.

Habent etiam aliquando Nobiles mediate Imperio ſubiecti ſpeciem aliquam Regalium, puta, ius vectigalium, venationis, vel ſimile quid. At non habent id tanquam Regale, vel regalem dignitatem, ſed ius quoddam in regalibus, vt emolumenta inde percipiant *Sixt. de regalib. lib. 1. cap. 4. n. 102. in fin.*

LXXXIX.

Et ſi eiuſmodi ius immemoriali tempore poſſederint, vtique in poſſeſſione ſua defendendi ſunt: quamuis iura illa vt regalia, quorum incapaces ſunt nõ poſſideant, *c. licet Epiſc. de præbend. l. cum fundum ff. de vi & vi arm. Peregr. de iure fiſci tit.* 3. *n.* 20.

XC.

Habent itidem nobiles quoq; ius patronatus in Eccleſiis: vigore cuius poteſtatẽ habent nominandi, ſiue præſentandi & vocandi aliquem in locum vacantem Eccleſiæ: quem tamen illi pro ſuo libitu, ab officio propria authoritate remouere non poſſunt: cum hoc ad Epiſcopum, ſiue Conſiſtorium Eccleſiaſticum, præcedente cauſæ cognitione, pertineat.

XCI.

Quoad immunitates quibus nobiles gaudent, conſtat à ciuilibus perſonalibus officiis plus oneris quam dignitatis adnexum habentibus eos excuſationem mereri: vel

in

in penuria hominum , hortari potius quam cogi debere *l.honorem* 10.*de munerib.&hon.l.3.*§. 1.*eod.l. non tantum* §.*Ilienſib.ff de excuſat.tut.*

XCII.

A ſordidis muneribus eo magis ſunt exemti nobiles,quia per ſordida exercitia & artificia nobilitas amittitur *l.ſordidorum Cod.de excuſat. tut.c.nobilis* 2.*quæſt.*5.

XCIII.

A realibus munerib.patrimoniorum itidem ſunt immunes nobiles, qui feuda à Dominis habent, ſub determinatis ſeruitiis militaribus vel aulicis, pacis vel belli tempore obeundis, ad quæ vaſallus nobilis quiſque domino præſtanda perſonaliter eſt obligatus : adeo vt quamuis authoritate iudiciali executio fiat in feudum, & creditores in poſſeſſionem eiuſdem conſtituantur, nihilominus vaſallus ſeruitia ſua præſtare neceſſe habeat *Camerar. in c. Imperialem de prohib.feudi alienat.per Frider.Gail.* 1.*obſ.*117.*n.*6.

XCIV.

Quæſtionis inſuper eſt: An Domino teneantur ad collectas ratione bonorum ſuorum feudalium ? Quod regulariter negatur. Pro regula enim traditur, Nobilem qui feuda poſſidet, à tributis & collectis excuſari *Iacob.de S. Georg in tract.de homag. n.*41.& alii relati à Petro Hegio *quæſt.*18.*n.*21.

XCV.

An vero diſtinctione obtineat, vt nimirum nullo caſu Princeps aut Dominus ſuperior, à nobilibus ſuis vaſallis ad certa ſeruitia obligatis exigére poſſit extraordinariam collationem? quæſtionis eſt.

XCIV.

Sunt ſane qui id ſerio volunt, Ioachimus Mynſingerus *d. reſp.* 1. Modeſtinus Piſtoris *conſilio* 21. *numer.* 82. *volum.* 2. cum vtrobique allegatis.

XCVII.

At optimus Iureconſultus Pomeraniæ D. Petrus Hegius ſimpliciter contrarium defendit: Nobiles ſcilicet ratione feudorum ob imminentem & haud prouiſam extremam neceſſitatem, vna cum aliis ſubditis, extraordinaria contributione onerari poſſe *d. quæſtio.* 18. *numer.* 23.

XCVIII.

De nobilibus autem non vaſallis, ſiue feuda non habentibus, & in ciuitatibus habitantibus, vel etiam in aulis Principum commorantibus, tenendum eſt, illos à realibus muneribus patrimoniorum, adeoque etiam collectis à ſuperiori indictis non minus quam plebeios obſtrictos eſſe *leg. inſtructionem. Codic.*

Cod.c. de SS. Eccleſi. leg. abſit Cod. de priuileg. dot. Modeſt. Piſtor. conſ. 9. num. 45. & ſeq. §. **es iſt aber** *volum. 2.*

XCIX.

Quæſtionibus & torturis plebeiorum quoque non ſunt ſubiſciendi nobiles, inconſulto principe *arg. leg. milites 8. in pr. l decuriones 16. Codic. de quæſtio.* Excepto crimine læſæ maieſtatis, falſi, hæreſeos, &c. *arg. l. milites* 8. *leg. decuriones 16. Codic. de quæſtio. Conſultat. Saxon. conſtitut. quæſt* 49. *p.* 4. *Zanger. de torturis reorum cap.* 1. *numer.* 30.

C.

In pœnis quoque irrogandis mitius cum nobilibus quam cum plebeis agendum eſt: quod late probat Tiraquellus *de nobilitat. cap.* 20. *numer.* 115. imo & communiter receptum eſt, eos à quibuſdam pœnis omnino immunes eſſe *Tiraq. d. cap. 20. n.* 110.

CI.

Sed contra etiam ſunt caſus, vbi nobiles grauiori pœna afficiendi ſunt, quam cæteri plebei vno & eodem modo delinquentes, puta, ſi delictum commiſſum à nobili, ſit contra nobilitatis ſplendorem, & dignitatis excellentiam *Tiraq. cap. 20. n. 116. & ſeqq. Gail. 1. obſ. 110. n. 42.*

CII.

Et generaliter, deferendum ſemper eſt nobilitati in omnibus, in quibus dignitatis habenda eſt ratio: quatenus id legibus permiſſum, & aliorum beneficiis & priuilegiis non derogatur *arg. leg. ſed milites & ff. de excuſat. tut.*

CIII.

Nobilitas tum propria, tum maiorum ſuorum virtute acquiſita, eadem etiam propria virtute & induſtria conſeruanda & illuſtranda eſt *Boeth lib. 3. de conſolat.*

CIV.

Quod ſi vero virtute relicta, nobiles licentia nobilitatis abutantur, & viriis ſceleribuſque ſe dedant: furta, rapinas, & ſimilia crimina, infamiam adnexam habentia, committant: neque exerceant vitæ genus conueniens & condignum, tunc nobilitatem amittunt, nec non viles & infames declarari poſſunt *leg. ſi qua Codic. de ſecund. nupt. leg. ſenatoris filia ff de ſenat. leg. 1. Codic. vbi Senat. vel clariſſ. l. quoties Codic. de dignitat. cap. nobilis 2. quæſtio. 5.*

CV.

Sed an de iure coquendi & vendendi cereuiſiam, exercendique mercaturam, idem intelli-

intelligendum ſit ? ſæpius in controuerſia ſuit.

CVI.

Sane mercaturam eſſe interdictam nobilibus, patet ex conſtitutione Impp. Diocletiani & Maximiani *in l. vnic Cod de perfectiſſ. dignit.* Honorii & Theodoſii *in l. nobiliores 3. C. de commerc. & mercat.* Leone *in l. milites C. de locat. & in l milites 2. C. de re milit.* Zenone *in l. agentes 1. C. de præpoſ. agent. in reb. & in l ſi cohortalis C. de cohort* & denique à Iuſtiniano *tot. tit. C. Negotiat. ne militent & in l. licet fin. C. de locat.*

CVII.

Si itaque nobiles mercaturam exerceant, perdunt nobilitatem, & deinceps ignobiles habentur & dicuntur. Quam ſententiam communem eſſe dicit Schraderus *conſil. 44. num. 4.* Franciſcus Pfeil *reſp. 202. num. 34. §. & nobilis.*

CVIII.

Quod tamen ita limitandum eſt, niſi in aliquo loco negotiari permiſſum ſit ex ſtatuto vel conſuetudine. Quamuis etiam eo caſu ob humilem & abiectam iſtam profeſſionem aliquantiſper eorum nobilitati aliquid decedere cenſeatur *Franciſc. Pfeil d. loc. num. 34. § neque hoc caſu.*

LXXIV.

Ad nobilitatis acquiſitæ effectus, referuntur etiam priuilegia & præeminentiæ, itemq; immunitates quædam. Et vt ab inſigniis initium faciam, conceduntur ea nobilibus, cum apertis galeis, mit offnẽ Helm: vt ex iis appareat, Nobiles aliis plebeis præſtare, itemq; quomodo familiæ & agnationes inter ſe diſcernédæ ſunt *arg.l.ſanctum* §. 1. *ff.de rer.diuiſ.*

LXXV.

Non enim poſſunt, nec debent plebei ſiue ignobiles talia eligere inſignia, qualia Nobiles hodie ſibi vſurpant, cum apertis galeis, vt confuſio euitetur, *Bon. de Curtili de nobilit. p.* 3. *numer.* 173.

LXXVI.

Si dolo & fraude quis alterius inſignia vſurpauerit, præter prohibitionem, tenebitur iniuriarum, & falſi *l. mima* 3. *C.de Epiſc. & Cler. c. dilect. vbi Panorm. de exceſſ. prælat.*

LXXVII.

In veſtitu & habitu quoque habent prærogatiuam Nobiles præ plebeis *iuxta l. obſeruandum ff. de offic. præſ. tot. titul. Codic. de veſtib. holoſ. & aur.*

LXXVIII.

Hodie autem ex peruerſa conſuetudine, & nimia hominum luxuria, & conniuentia ſuperiorum eo res, proh dolor, deuenit, vt vix inter

..ebeium & nobilem diſcerni poſſit: quod quidem dolendum eſt: vt non immerito aduerſus diuites populares, quod ſe & vxores in veſtibus æquales honoratioribus faciant, exclamet Albericus *in l. 1. C. Quæ res vend. non poſſ.*

LXXIX.

In ſeſſionibus & ſalutationibus, aliiſque id genus honorantiis itidem debetur prærogatiua Nobilibus, adeo vt niſi hoc fiat, & quis nobiliori & digniori cedere nolit, ille non ſolum officio iudicis prohiberi, ſed etiam pro defenſione honoris, actione iniuriarum conueniri poſſit. *l. iniuriarum in 15. §. ſi quis ff. de iniu.*

LXXX.

Quin amplius ſunt, qui contendant, licere reſiſtere armata manu, & de facto, ſi aliquis in prærogatiuis debitis impediatur. *Bal. in l. obſeru. §. antequam. ff. de offi. procon. Vaſq. illuſt. controu. ca. 18. n. 16.* At contraria ſententia, iuri & æquitati magis conſentanea eſſe videtur, quam tuentur Ioannes Faber *in §. alitim Inſt. de bon. poſſ.* & Georgius Obrechtus *in tract. de neceſſaria defenſione ca. 9. n. 7. & ſeqq.*

LXXXI.

Ex eo quod dictum plebeium debere cedere Nobili, inferunt quidam: Si ruſticus à viro nobili inſultaretur, quod ruſticus nobili cedere ſiue eum fugere debeat, ſi abſque periculo hoc poſſit. Contra vero, ſi vir nobilis à ruſtico inſul-

nſultaretur,& nobilis ruſticũ occidat,cı
iias fugere nobilis poterat,eum nobilem non
debere puniri pœna ordinaria homicidii: eo
q turpe ſit homini nobili cedere,& contra e-
ius honorẽ *Bal.in c.3.n 16.de pace ten.in vſib.feud.*
& alii relati ab Andr.Gail.2.obſeru.100 n.& ſeqq.

LXXXII.

Sed nobis videtur, non eſſe conſtituendam differentiam in hoc caſu inter nobiles & plebeios. Et idcirco indiſtincte omnes fugere teneri, ſi commode fuga ſibi conſulere poſſint, tenendũ eſt. Et felix ille equidem eſt, qui nec legitime, nec illegitime aliquem occidere cogitur: imo leue honoris detrimentum potius pati, laudabilius erit, quam ex leui cauſa in necem hominis conſpirare *l.iniuriar.15.2.§.ſi quis ff. de iniur.44.Tiraq.cap.20.n.64.*

LXXXIII.

Inſigniuntur quoque Nobiles præeminentioribus titulis quibuſdam, præ aliis plebeis & dicuntur alii generoſi, alii nobiliſſimi, & ſtrenui.

LXXXIV.

In alimentis conſtituendis, in priuilegiis ne quis vltra quam facere poteſt, teneatur: itemque in ſumptibus & expenſis faciendis ratio quoque nobilitatis habenda eſt *leg. cum vnus §.alimenta ff. de aliment. leg. l. in patrem l.ſi quis 12.§.pen.de relig.& ſumt.fun.*

LXXXV.

LXXXV.

Nobilium priuilegia quædam conſiſtunt in præſumptionibus: quia nimirum maior præſumptio virtutum, integritatis & innocentiæ ſtat pro nobili, quam pro plebcio *l. ſi à bona fide ff. de rei vendicat. Tiraquell. capit.* 20. *numer.* 20. Et generaliter traditum eſt, quod teſtimonium nobilium ſemper præcellat. *gl. in leg.* 3. *verb. plebeio ff. de teſtibus & in cap. item teſtium* 4. *quæſtio.* 3.

LXXXVI.

Quin & nobilitas interdum facit, vt ſimpliciter nobili aſſerenti fides habeatur *c. nobiliſſim d ſt.* 17. Hinc eſt, quod promiſſiones nobilium, ſub nobilitatis fide, bey Adelichen Ehren vnnd Glauben facte, in contractibus & renunciationibus vim corporalis iuramenti obtineant, & pro impletis habeantur *Mynſing.* 1. *Obſ.* 17. *Gail.* 2. *Obſ.* 59. *VVeſenb. conſilio* 51. *numer.* 22.

LXXXVII.

Ad nobilitatis præminentiam etiam pertinet, quod Nobiles in ſuis villis & pagis habent iuriſdictionem & mixtum merumque imperium: adeoque ius dicere, & iudicatum ſimul exequi tam in criminalibus quam ciuilibus poſſint: dicunturque iudices ordinarij *Mynſ. de cad.* 15 *reſp.* 1. *n.* 35.

LXXXVIII.

Habent etiam aliquando Nobiles mediate Imperio ſubiecti ſpeciem aliquam Regalium, puta, ius vectigalium, venationis, vel ſimile quid. At non habent id tanquam Regale, vel regalem dignitatem, ſed ius quoddam in regalibus, vt emolumenta inde percipiant *Sixt. de regalib. lib. 1. cap. 4. n. 102. in fin.*

LXXXIX.

Et ſi eiuſmodi ius immemoriali tempore poſſederint, vtique in poſſeſſione ſua defendendi ſunt: quamuis iura illa vt regalia, quorum incapaces ſunt nō poſſideant, *c. licet Epiſc. de præbend. l. cum fundum ff. de vi & vi arm. Peregr. de iure fiſci tit. 3. n. 20.*

XC.

Habent itidem nobiles quoq; ius patronatus in Eccleſiis: vigore cuius poteſtatē habent nominandi, ſiue præſentandi & vocandi aliquem in locum vacantem Eccleſiæ: quem tamen illi pro ſuo libitu, ab officio propria authoritate remouere non poſſunt: cum hoc ad Epiſcopum, ſiue Conſiſtorium Eccleſiaſticum, præcedente cauſæ cognitione, pertineat.

XCI.

Quoad immunitates quibus nobiles gau[illegible], conſtat à ciuilibus perſonalibus officiis [illegible] quam dignitatis adnexum habent [illegible] eos excuſationem mereri : vel in

in penuria hominum , hortari potius quam cogi debere *l.honorem* 10.*de munerib.&hon.l.3.§.1.eod.l. non tantum §.Ilienſib.ff de excuſat.tut.*

XCII.

A ſordidis muneribus eo magis ſunt exemti nobiles,quia per ſordida exercitia & artificia nobilitas amittitur *l.ſordidorum Cod.de excuſat. tut.c.nobilis* 2.*quæſt.*5.

XCIII.

A realibus munerib. patrimoniorum itidem ſunt immunes nobiles, qui feuda à Dominis habent, ſub determinatis ſeruitiis militaribus vel aulicis, pacis vel belli tempore obeundis, ad quæ vaſallus nobilis quiſque domino præſtanda perſonaliter eſt obligatus : adeo vt quamuis authoritate iudiciali executio fiat in feudum, & creditores in poſſeſſionem eiuſdem conſtituantur, nihilominus vaſallus ſeruitia ſua præſtare neceſſe habeat *Camerar. in c. Imperialem de prohib. feudi alienat.per Frider.Gail.* 1.*obſ.*117.*n.*6.

XCIV.

Quæſtionis inſuper eſt: An Domino teneantur ad collectas ratione bonorum ſuorum feudalium ? Quod regulariter negatur. Pro regula enim traditur, Nobilem qui feuda poſſidet, à tributis & collectis excuſari *Iacob.de S. Georg in tract.de homag. n.*41. & alii relati à Petro Hegio *quæſt.*18.*n.*22.

LXXXVIII.

Habent etiam aliquando Nobiles mediate Imperio ſubiecti ſpeciem aliquam Regalium, puta, ius vectigalium, venationis, vel ſimile quid. At non habent id tanquam Regale, vel regalem dignitatem, ſed ius quoddam in regalibus, vt emolumenta inde percipiant *Sixt. de regalib. lib. 1. cap. 4. n. 102. in fin.*

LXXXIX.

Et ſi eiuſmodi ius immemoriali tempore poſſederint, vtique in poſſeſſione ſua defendendi ſunt: quamuis iura illa vt regalia, quorum incapaces ſunt nō poſſideant, *c. licet Epiſc. de præbend. l. cum fundum ff. de vi & vi arm. Peregr. de iure fiſci tit. 3. n. 20.*

XC.

Habent itidem nobiles quoq; ius patronatus in Eccleſiis: vigore cuius poteſtatē habent nominandi, ſiue præſentandi & vocandi aliquem in locum vacantem Eccleſiæ: quem tamen illi pro ſuo libitu, ab officio propria authoritate remouere non poſſunt: cum hoc ad Epiſcopum, ſiue Conſiſtorium Eccleſiaſticum, præcedente cauſæ cognitione, pertineat.

XCI.

Quoad immunitates quibus nobiles gaudent, conſtat à ciuilibus perſonalibus officiis plus oneris quam dignitatis adnexum habentibus eos excuſationem mereri: vel in

in penuria hominum, hortari potius quam cogi debere *l. honorem* 10. *de munerib. & hon. l. 3. §. 1. eod. l. non tantum § .Ilienſib. ff de excuſat. tut.*

XCII.

A ſordidis muneribus eo magis ſunt exemti nobiles, quia per ſordida exercitia & artificia nobilitas amittitur *l. ſordidorum Cod. de excuſat. tut. c. nobilis 2. queſt. 5.*

XCIII.

A realibus munerib. patrimoniorum itidem ſunt immunes nobiles, qui feuda à Dominis habent, ſub determinatis ſeruitiis militaribus vel aulicis, pacis vel belli tempore obeundis, ad quæ vaſallus nobilis quiſque domino præſtanda perſonaliter eſt obligatus: adeo vt quamuis authoritate iudiciali executio fiat in feudum, & creditores in poſſeſſionem eiuſdem conſtituantur, nihilominus vaſallus ſeruitia ſua præſtare neceſſe habeat *Camerar. in c. Imperialem de prohib. feudi alienat. per Frider. Gail. 1. obſ. 117. n. 6.*

XCIV.

Quæſtionis inſuper eſt: An Domino teneantur ad collectas ratione bonorum ſuorum feudalium? Quod regulariter negatur. Pro regula enim traditur, Nobilem qui feuda poſſidet, à tributis & collectis excuſari *Iacob. de S. Georg. in tract. de homag. n. 41.* & alii relati à Petro Hegio *quæſt. 18. n. 22.*

CII.

Et generaliter, deferendum ſemper eſt nobilitati in omnibus, in quibus dignitatis habenda eſt ratio: quatenus id legibus permiſſum, & aliorum beneficiis & priuilegiis non derogatur *arg. leg. ſed milites & ff. de excuſat. tut.*

CIII.

Nobilitas tum propria, tum maiorum ſuorum virtute acquiſita, eadem etiam propria virtute & induſtria conſeruanda & illuſtranda eſt *Boeth. lib. 3. de conſolat.*

CIV.

Quod ſi vero virtute relicta, nobiles licentia nobilitatis abutantur, & vitiis ſceleribuſque ſe dedant: furta, rapinas, & ſimilia crimina, infamiam adnexam habentia, committant: neque exerceant vitæ genus conueniens & condignum, tunc nobilitatem amittunt, nec non viles & infames declarari poſſunt *leg. ſi qua Codic. de ſecund. nupt. leg. ſenatoris filia ff. de ſenat. leg. 1. Codic. vbi Senat. vel clariſſ. l. quoties Codic. de dignitat. cap. nobilis 2. quæſtio. 5.*

CV.

Sed an de iure coquendi & vendendi cereuiſiam, exercendique mercaturam, idem

intelli-

intelligendum ſit? ſæpius in controuerſia ſuit.

CVI.

Sane mercaturam eſſe interdictam nobilibus, patet ex conſtitutione Impp. Diocletiani & Maximiani *in l. vnic Cod de perfectiſſ. dignit.* Honorii & Theodoſii *in l. nobiliores* 3. *C. de commerc. & mercat.* Leone *in l. milites C. de locat. & in l milites* 2. *C. de re milit.* Zenone *in l. agentes* 1. *C. de præpoſ. agent. in reb. & in l ſi cohortalis C. de cohort* & denique à Iuſtiniano *tot. tit. C. Negotiat. ne militent & in l. licet fin. C. de locat.*

CVII.

Si itaque nobiles mercaturam exerceant, perdunt nobilitatem, & deinceps ignobiles habentur & dicuntur. Quam ſententiam communem eſſe dicit Schraderus *conſil.* 44. *num.* 4. Franciſcus Pfeil *reſp.* 202. *num.* 34. §. *& nobilis.*

CVIII.

Quod tamen ita limitandum eſt, niſi in aliquo loco negotiari permiſſum ſit ex ſtatuto vel conſuetudine. Quamuis etiam eo caſu ob humilem & abiectam iſtam profeſſionem aliquantiſper eorum nobilitati aliquid decedere cenſeatur *Franciſc. Pfeil d. loc. num.* 34. § *neque hoc caſu.*

CIX.

Præterea in illis locis, in quibus eſt conſuetudo, vt nobilitati non deroget mercatura, illud animaduertendũm eſſe volunt, vtrũ quis magnam vel vberem, an vero tenuem & quæſtuoſam exerceat mercaturam. Mercatura enim ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt: Si magna & copioſa, multa vndique apportans, multiſque ſine vanitate impartiens, non eſt admodũ vituperanda, *aiente Cicerone in officiis.*

CX.

Quin & nobiles tenuis fortunæ, pro vitæ ſuſtentatione mercaturam licite exercere, tradit Lucas de Penna *in l. vltim.* C. *de fund. limitroph.*

CXI.

Hoc etiam nemo negabit, licere nobilibus pro neceſſitate domus ſuæ & familiæ propriæ emere, nec non etiam frumentum & quidquid in propriis agris natum, aliis vendere. Et ita regulam *d. l. nobiliores* limitari, teſtatur Mollerus *lib* 4. *ſemeſt. cap.* 17. *n.* 1.

CXII.

At cereuiſiam coctam, vel panes factos aliis vendere, minime nobiles decebit: cum hoc ſit negotiari ſiue mercari, quod nobilitati aduerſatur *arg. l. milites* C. *de locat.* Quod in tantum verum eſſe docet Franciſcus Pfeil, vt nec conſuetudine aliud introduci poſſit Pfeil *d. loc.*

loc. Quamuis hoc velint Schraderus *d. conſil.* 44. *num.* 24. *& ſeq.* & Mynſingerus *decad.* 15. *reſp.* 1. *num.* 28.

CXIII.

Et hinc deducitur: non poſſe nobiles ſubditis ſuis mandare & præcipere, ne ab aliis, quam à ſe cereuiſiam emant, per notata Andreæ Rauchbari *quæſt.* 27. *p.* 1. & Franciſci Pfeil *d. reſp.* 202. *num.* 34.

CXIV.

Non etiam ideo ex eo ſolo nobilitas amittitur, quod nobilis agros ſuos manu ſua coluiſſe probetur Tiraq. *cap.* 32. *per tot.*

CXV.

Neque nobilis, ſi procurationem alienæ litis ſuſceperit, nobilitatem perdit: cum id nullo iuris loco proditũ ſit. Id quod vt maxime obtinet in Procuratoribus in iudicio Imperatoris, vel Cameræ, aliiſque bene conſtitutis dicaſteriis Principum & aliorum magiſtratuum Antonius Fab. *lib.* 9. *C. tit.* 28. *defin* 5.

CXVI.

Eadem ratione nec Aduocati munus obeſt vel derogat nobilitati: adeoque nobiles illud ſuſtinere, cauſarumque patrocinia ſuſcipere poſſunt *l. laudabile* 4. *C. de aduoc. diu. iudic. l. quiſquis vbi gl. C. de poſtul. l. aduocati C. de adu. diu. iud.*

CXVII.

De Theologia nullo modo dubitari poteſt,

vt etiam

vt etiam illa non ſit alicui dedecori, ſed potius honori & laudi. Et notorium eſt, quod etiam illuſtriſſimæ perſonæ miniſterium verbi diuini feliciter exercuerint; quorum tamẽ nobilitati illuſtriſſimæ quidquam detractum eſſe, nemo, vt opinor, ſanæ mentis dixerit.

CXVIII.

Iuriſprudentia in tantum decet nobiles, vt turpe ſit viro nobili & patritio ius ignorare *l.* 2. §. *Seruius autem ff. de orig. iur.* Nec nobilitatẽ per iuriſprudentiæ ſtudium obfuſcari, ſed potius conſeruari atque amplificari, exinde liquere poteſt, quod multi ex illis, qui in eminentiſſimis dignitatibus conſtituti fuere, eximiam in illa operam, non ſine laude collocarint.

CXIX.

Medicina quoque non ſolum ars honeſta, ſed etiam pernobilis: & ita quidem, vt ſi nobiles eam profiteantur, ſiue publici profeſſores ſint, ſiue curandis morbis tantum vacent, idcirco nobilitatem non amittant *Tiraq. cap.* 31. *per tot.*

CXX.

Nobilem exercentem tabellionatus ſeu Notarii officium, perdere nobilitatem eiuſque priuilegia, quidam volunt Viuius *lib.* 2. *comm opin. verb. Notarius n.* 41. Guido Papæ *deciſ.* 89. Tiraquellus *cap.* 29. *n.* 14. Sed nobis alia ſen-

ſententia placet. Eo enim iure hodie vtimur, vt non niſi probatæ teſtatæque fidei homines ad huius officii exercitium recipiantur Anton. Fab. *d. loc defin.* 4. *in pr.* Quin & de eo conſtat, Notarium non niſi ſuprema authoritate creari.

CXXI.

Artes liberales diſcere, & docere, valde vtile & honorificum eſt nobilibus. Quin & artem pictoriam, Poeſin, muſicam, & alias etiam manuarias artes citra præiudicium nobilitatis addiſcunt & exercent, modo citra quæſtum. Nam ſi quæſtus & negotiationis cauſa exerceantur, ad ſordidas & fabriles operas referuntur *l. ſi non ſortem* 26. §. *libertus* 12. *de condict. indeb. arg. l. Athletas in pr ff. de his qui notant. infam.* Tiraq. *cap.* 34. *n.* 6.

CXXII.

Venationis exercitium, præcipue magnarum ferarum, virile, bellicum & heroicum eſt, quod nobilibus idcirco peculiariter competit: modo caueant, ne immoderatos venationum ſumptus faciant. Nam eos qui venationum apparatu, pecuniam profundunt, prodigos vocat Cicero *lib.* 2. *offic.*

CXXIII.

An nobilis poſſit renunciare nobilitati, eiuſque priuilegiis? quæſtionis eſt. Per diſtinctionem explicat Didacus Couarruuias *p.* 2. *relect.*

relect.c.quamuis de pact. in 6.num.17.& ſeqq. vſque ad num.24.

CXXIV.

De eo quoque quæritur: An ſi pater prædictis modis nobilitatem amittit, eo ipſo liberis ſuis præiudicetur. Diſtinctione quæſtionem dirimit Antonius Faber *d.lib.5. Cod defin.* 25. Si nimirum pater nobilitatem primus acquiſiuit, & eam poſtmodum amittat, tunc liberis ſuis præiudicare. Sin vero eam pater ipſe non acquiſiuit, ſed à genere accepit, tum nobilitatem liberis manere incolumem *d.defin.* 14.*& defin.*25. vbi eleganter hoc illuſtrat.

CXXV.

Poſtremo nunc videndum eſt, de remediis iuris, quibus nobilis ſe tueri poteſt contra turbantes ſiue diffamantes & iniuriantes. Et primo actionem iniuriarum ei competere aduerſus iniuriantem, ad reſtitutionem honoris, & pœnam in priuilegio inſertam, indubium eſt.

CXXVI.

At qui alicui dixit, Sum ita Nobilis vt tu; vel, Sum te nobilior: ille iniuriarum actione conueniri nequit. Qui enim taliter dixit, non detra-

detrahit alteri nobilitatem, ſed potius attribuit, fateturque eum nobilem quoque eſſe *l. vbi autem 75. §. vſque adeo ff. de verbor. oblig.* Plotus *conſil. 131. n. 20. vol. 1. conſil. criminal.*

CXXVII.

Præterea poteſt nobilis ad tuitionem ſui iuris cõtra diffamantem intentare actionem *ex l. diffamari C. de ingen. manumiſſ.*

CXXVIII.

An etiam interdictum vti poſſidetis competat? quæſtionis eſt Et licet pro negatiua nõ deſint rationes: nobis tamen adfirmatiuam defendere placet. Nam quod & hoc interdictum pro rerum incorporalium poſſeſſione detur, probat *l. fin. ff. vti poßid.* vbi Prætor eo interdicto omnem vim vindicat *l. 1. dict. tit. Menoch. remed. 3. retin. poſſ. num. 131. & num. 294.*

CXXIX.

Competit quoque pro vindicanda nobilitate actio confeſſoria *argum. §. æque Inſtitut. de action. vbi Schneidvvinus num. 10. D. Cothmannus reſp. 1. num. 17. volum. 4. num. 19.* itemque actiones præiudiciales §. *praiudiciales vbi interpp. Inſtitut. de actionibus & Schneid. nu. 11. Oldendorp. claſſ. 3, act. 9. quæſt. 8. §. in tertio iudicio.*

CXXX. Præ-

CXXX.

Prædictis tamen remediis fruſtra experitur nobilis, niſi fundamentum intentionis in ſua nobilitate poſitum probet. Neque enim præſumitur nobilis, niſi probetur, Ioannes Gutierretz *lib.* 3. *&* 4. *quæſt.* 14. *num.* 1. *&* 4. *ſeqq.* Tiraq. *de nobilitat. cap.* 10. *num.* 13.

CXXXI.

Qui autem nobilitatem probare velit, illi articulandum eſt; Primo, quod directo deſcendat à patre, auo, proauo, & tritauo nobilibus, qui & tales ſemper ab omnibus pro nobilibus habiti: Deinde quod iidem ſui parentes tales ſe quoque geſſerint; nec tale vitæ genus exercuerint, quod Nobilitati aduerſetur, ſiue Nobilem dedeceat: Et denique quod ipſe quoque hodie ab omnibus in loco vbi natus vel commoratur, pro nobili reputetur, nec aliter etiamnum viuat, quam nobilem decet Marcell. Cala *in tract. de modo articul. & probandi* §. 2. *gl. vnic. num.* 256. *&* 2. *ſeq.* Franc. Marc. *deciſ. Delphin.* 805. *num.* 4. *in fin. p.* 2. *Maſcard. de probat. concl.* 1094. *n.* 12.

CXXXII.

Qui ergo probat ſe in eiuſmodi quaſi nobilita-

bilitatis poſſeſſione conſtanti & non interrupta, hoc eſt, abſque vllius contradictione aut reprobatione eſſe, ille alio onere probandi grauari non debet, ſed potius virtute poſſeſſionis, in qua reperitur, pro nobili habendus, & ſententia pro eo ferenda eſt Bartol, *in l. 2. §. non autem n. 1. ff. de bon. poſſ. ſec. tab.*

CXXXII.

Eaque ſententia prodeſt omnibus eiuſdem familiæ, & vbique inter omnes ius facit, tanquam lata in cauſa ſtatus. Faber *in d. §. præiudicial. Inſt. de act.*

CXXXIII.

At ſi ſe nobilem eſſe non probauerit legitimis modis, cum ſuis qualitatibus, tunc pro ignobili habebitur. Deficiente enim qualitate, in nobilitate requiſita, deficit & ipſa nobilitas Tiraquel. *de vtroque retr. 1. p. §. 26. num. 37. & 39. ſub fin.*

CXXXIV.

Quandó vero contra nobilitatem quis ignobilis pronuntietur, an omnibus eiuſdem

familiæ noceat ac præiudicet? quæſtionis eſt. Nocere, voluit Tiraquellus *d.tract.de nobilit. cap.37.num.14.in fin.* Contrarium vero voluit Ioannes Faber *in §.præiudiciales Inſt.de act.* Illius aſſertio paulo durior eſt: huius vero propter fauorem nobilitatis longe æquior *arg. l.1. Cod. de liber. cauſ.*

D

DE VIT ET LAVDIBVS

Magnifici, Strenui, Ampliſſimi, & vere Nobilis Viri,

D N.

HENRICI NORMANNI,

in Academia Gryphiſvvaldenſi quondam Profeſſoris Iuris : Itemque Illuſtriſſimæ aulæ Wolgaſtanæ Conſiliarii: & Præfecti Rugiæ:hæreditarii in Dubniß & Poppeluiß:

ORATIO:

Scripta à

MATTHIA STEPHANI
IC. *Illuſtriſſimi Ducis Pomeraniæ* PHILIPPI IVLII *Conſiliario: & Anteceſſore in Academia Gryphiſvvaldenſi.*

Oratio
DE VITA ET LAVDIBVS MAGNIFICI, STRENVI & vere Nobilis viri, Dn. HENRICI NORMANNI.

PRiſca mortalium ſuperſtitio, tres humanæ vitæ præſides, necíſque arbitras eſſe iudicauit, Clotho, Lacheſin, & Atropon, ſingulíſque ſua officia attribuit; quæ vulgato hoc verſiculo comprehenduntur:

Clotho colum geſtat, Lacheſis net, & Atropos occat.

Prima quippe manu collum baiulans, illam penſo lanaque veſtit, atque induit, modo rariore, modo denſiore, prout cuiuſq; fata, vel producuntur æuitate longius, vel breui definito ſpatio vita arctius coercetur. Altera lanam facit, filumque & ſubtegmen ducit; dũ amicta colus linum fundit, operiq; materiam ſuggerit. Tertia demum, fatale ſtamẽ, & mortale æuum penitus abrumpit. Trina hæc ſororum Numina, Parcas olim indigitarunt, quod nulli hominum, vel ordini, vel ætati, vel

vel fortunæ parcentes, ſine delectu cunctos rapiant,in cenſum Libitinæ referendos. Nos autem, qui Chriſto nomen dedimus, Chriſtianæque religioni addicti ſumus, Deos Deaſque omnes execramur, & Deo vnico & optumo vitæ noſtræ momenta accepta ferimus,qui vitæ noſtræ initium & metam præfiniuit, ad cuius imperium nos æuum atque ſæculum propagamus; & denique ad cuius arbitrium abrupta fuſi tela, animam effundimus. Eadem vis naturæ, idemque Numen, hoc ipſo anno, qui eſt, à natiuitate Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quintus & decimus,ſupra milleſimum ſexcenteſimum, die decimo tertio Iunii, Magnificum, nobiliſſimum, ſtrenuum, ampliſſimum & clariſſimum virũ Dn. HENRICVM NORMANNVM, Academiæ Gryphiſwaldenſis quondam Iuris Profeſſorem: illuſtriſſimæ aulæ Wolgaſtenſis Conſiliarium: itemque Præfectum Rugiæ: hæreditarium in Dubnitz & Peppelnitz/virum memoria ſempiterna prædicandum, anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo & ſexto, è medio ſuſtulit. Quod cum itaque Deo immortali ita viſum eſt,dolorem quidem ex obitu eius perceptum, ſinamus priuatum & peculiarem eſſe, illorum nimirum, ad quos ille pertinet; quorum equidem permagnus numerus eſt; memoriã vero nominis, virtutumq; celebra-

tionem, communem omnium. Atque vtinam illi Seni talis præco in hoc ſupremo exequiarum honore contigiſſet, qualem virtus & dignitas eius depoſcunt. Difficile enim, de hoc viro verba facere; cum propter incredibilem virtutum plurimarum, quibus in omni vita clariſſimus fuit, magnitudinem & varietatem; tum vero propter anguſtiam breuitatemque temporis, quo circumſcribor. Ne tamen ingentis viri memoria omnino ſilentio tranſmittatur; præcipuas tantum ex omni copia rerum laudes, ac veluti cæterarum virtutum nobiliſſimas gemmas legam; in quibus deſcribendis, omnis præſens verſabitur oratio. Quod ſi vero ea omnia, quæ debeo, complexus non fuero, neque ad prædicandas huius viri virtutes, parem eloquentiæ ſplendorem ipſe attulero, illud ipſius gloriæ nihil detrahet, vel obſtabit. Et, ſi ex multis pauca, ex maximis minima attigero, officio meo me ſatisfeciſſe putabo.

Vt autem de ortu & natalibus huius viri initium faciam; ille non ex humili aut plebeia, ſed ex nobiliſſima Inſulæ Rugiæ gente, non ex proletariis, & nullius ingenii & fortunæ, ſed ex generoſis & optimis parentibus, patre nimirum nobili HENNINGO NORMAN, hæreditario in Dubnitz / matre vero LVCIA à Kalden / matrona virtutum doti-

dotibus ditiſſima, anno Chriſti milleſimo quingenteſimo trigeſimo & nono ibidem natus eſt. Fratrem habuit germanum, nobiliſſimum, ſtrenuum & ampliſſimum, beatæ recordationis, virum, Dn. MELCHIOREM NORMANNVM, (quod ipſius honori & gloriæ perpetuæ dictum volo) hæreditarium in Gnaßkow/ virum æterna laude digniſſimum, qui virtute ſua & meritis, Illuſtriſſimo Principi & Domino, Dno. Erneſto Ludouico, Duci Pomeraniæ, &c. honorificentiſſimæ memoriæ, probatis, eximiam conſiliarii primarii dignitatem & officium in aula Wolgaſtenſi emeritus eſt; quod & ea prudentia, ingenii dexteritate, doctrina, conſilio & authoritate geſſit, vt Principi ſuo, vnus omnium fuerit chariſſimus, & in hac ditione tanquam gemma quædam, aut nitidiſſima ſtella præ cæteris effulſerit.

Verum cum ita naſci diuinitus contingat, omiſſis iſtis, ad interiores huius viri laudes, ſiue propria eius animi bona tranſeundum eſt. Ita enim cum ſapientiſſimis quibuſque exiſtimo, ea, quæ diuinitus alicui contingunt, cum propriis cuiuſque animi bonis, in contentionem venire non poſſe.

Et quidem, cum defunctis hoc vnum debeamus; vt dotes, & gloriam eorum non

opprimamus, ſed illuſtremus: hoc omnes boni mecum teſtabuntur; fuiſſe in defuncto Sene noſtro nō pauca, quæ amorem: multa, quæ laudem non mediocrem: plurima, quæ bonam valetudinem & vitam merita fuiſſent longiſſimam.

Inprimis autem ita à puero erat edoctus: pulchrum quidem, & glorioſum eſſe, dotibus animi & corporis quibuſdam excellere: dignitate atq; amplitudine eminere, & alios anteire: Sed tamen hæc omnia caduca eſſe & mortalia: in quibus nihil neque ſtabile, neq; vere beatum, niſi radicem habeant atque fundamentum vnam PIETATEM: Idcirco hanc aliarum virtutum ſuarum ducem atq; rectricem, nunquam ex animo dimittebat: ſed ſemper eam, in ſe, Deo prælucente, ita elucere fecit: vt neq; æternum illud, atque infinitum Numen quiſquam amore & fide ardentiore veneratus ſit, neque verbum eius, maiore diligentia & alacritate, dum per valetudinem licuit, audiuerit: neque veritatis, in controuerſiis Eccleſiaſticis indagandæ ſtudioſior: neque miniſtrorum verbi diuini amantior quiſquam fuerit inuentus.

Ingenium eius & literas, & in literatos beneuolentiam quod attinet, Natura certe ipſi ingenium doctrinæ & literarum capaciſſimum,

mum, animum vero, in quo humanitas & manſuetudo,cum magnanimitate certabant, attribuit:quam vim atque indolem naturæ ſecutus, Marti quidem, & magnanimitati non plane renunciauit: quippe quorum præſidio & telis non ſemel in tempore, ad inſidiantium & inimicorum impetum retundendum, vſus eſt. Sed tamen in Mineruæ atque Aſtreæ ſinu educari, & inter nobiles honoratos, atq; eruditos,quam inter milites,aut militum præfectos haberi maluit:eo quod ad pacatam & togatam vitam,natura ſeſe trahi atque impelli ſentiret. Non ſolum itaque domi & in triuialibus Scholis Bergæ & Stralſundii, in adoleſcentiæ ſtudiis diligenter inſtitutus: verum & mature ad Academias miſſus,Gryphiſvvaldenſem noſtram omnium primo inuiſit, in qua triennium ſtudiorum gratia commoratus eſt. Poſt hinc ad Vitebergenſem Vniuerſitatem ſe contulit:eo tempore,quo,beatæ recordationis, illuſtriſſimus Princeps Erneſtus Ludouicus,ibidem ſubſiſtebat:vbi itidem in tertium vſque annum ſtudiis operam dedit. Iſthinc Ingolſtadium profectus: vbi in Academia vltra quatuor annos Clariſſimos Iureconſultos, Conradum Lagum, & Iohannem Richardum Oſſanæum, Anteceſſores tunc temporis ibidem, & Bauariæ Ducis Conſiliarios docentes audiuit. Quo annorum & diligen-

tiæ curſu ille hoc, quod ſibi propoſitum erat, perfacile eſt conſequutus: & in Iuriſprudentiæ ſtudio, tantos fecit progreſſus, vt prænominatus Illuſtriſſimus Princeps & Dominus, Dn. Erneſtus Ludouicus, ipſum dignum iudicarit, quem anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio Profeſſorem iuris in Celſitudinis ſuæ Vniuerſitate Gryphiſvvaldiæ, publico ſalario conſtitueret: in qua etiam iura, non ſine laude, & auditorum vtilitate profeſſus eſt: vſque dum in aulam VVolgaſtenſem ad Conſiliarij officium vocaretur: cui in quartum annum laudabiliter præfuit: & præter alia munia, aliquot etiam legationes, ad Imperatorem Maximilianum II. itemque Regem Daniæ: aliosque Imperij Principes obiuit. Quin amplius, cum ipſius Celſitudo huius ingentis viri indefeſſum ſtudium, fidem, dexteritatem, & ſolertiam ſibi commendatam haberet: vacanti tunc tẽporis præfecturæ Rugiæ eum præfecit: cuius ſudores & labores per annos ſedecim, auxilio Diuino, infracto animo ſuſtinuit.

Quamuis a. defunctus Senex ad eiuſmodi dignitatum culmina euectus eſſet, adeoque non tantum generis ſplendore, ſed & dignitatis eminentia aliis pręſtaret: non tamen quemquam præ ſe contemnebat: ſed quæ affabilitas & comitas ei in omnes propemodum erat

com-

communis, eadem in doctos & literatos propria quodammodo & ſingularis: quos & honore afficiebat:&ad ſe, vbi ferebat occaſio, inuitabat: & conſuetudine eorum apprime delectabatur: ita, vt quidquam ſupereſſet ipſi temporis, tum ipſis literis, tum eruditorum colloquiis, vbi ea ſuppetere poterant, tum meditatione officij & negotiorum, quæ ſuſceperat, impenderet. Neque tamen erga literatos ſolummodo animi ſui beneuolentiam effundebat: neq; ſolum in ſuperiores, aut pares, qui eum propterea amabant, atque in oculis ferebant: ſed etiam in inferiores. Et quidem ita grauitatem lenitate quadam temperabat, vt & authoritatem ſuam facile tueretur: & nihilominus paribus minorem, inferioribus parem ſe ge ndo, amorem in ſe concitaret omnium: vt vere exiſtimem, non reperiri quenquam, cui ille iuſtam cauſam odii præbuerit: licet nemo ita felix, aut humanus eſſe poſſit, vt omnium odium effugiat. Et certe, ſi omnibus non ſatisfecit, mirum non eſt; quippe, quod ómnibus placere poſſe arduum ſit, imo nefas: vnde recte aliquis dixit.

Nec omnia, nec omnes mihi
Placuere: quinam ego omnibus?

Sane aduerſitates, odia, & obtrectationes plurimas in hac vita perpeſſus eſt beatus noſter

noſterSenex:quas tamen partim via iuris,partim patientia vindicabat, & magno animo, vti virum fortem decet, deſpiciebat. Et recte: Paratus enim debet eſſe homo iuſtus & pius, patienter eorum malitiam ſuſtinere, quos fieri bonos quęrit,vt potius numerus creſcat bonorum,non vt pari malitia ſe quis numero addat malorum, vti Auguſtinus loquitur. Et ſic bonos & iuſtos viros ſemper perſecutionem malorum ſuſtinuiſſe cognoſcimus: ſique diligenter conſideramus, inueniemus illos, maiora ſupplicia ſuſtinuiſſe,qui faciunt,quam qui ſuſtinere videntur. Omnis enim homo, qui alium in corpore perſequitur, prius ipſum, in corde perſecutioné ſuſtinere cognoſcitur: Nam, ſi etiam ille qui perſequitur, aliquid de ſubſtantia eius tulerit,maius ipſe diſpendium ſibi facit:quia nemo habet iniuſtum lucrũ,ſine iuſto damno: Vbi eſt lucrum,ibi & damnũ,lucrum in arca,damnũ in conſcientia: tulit veſtem,& perdidit fidem: acquirit pecuniam,& perdit iuſtitiam: authore eodem Auguſtino.

Præterea,ſi integritatem & veritatem optimi viri dilaudem: ſi iuſtitiæ amorem: ſi pacis & concordiæ ſtudium: fieri equidem haud poteſt, quin, quem viuum non cognouiſtis, eum amare incipiatis, & magnificere mortuum.

tuum. Etenim ſi integritatis eſſe cenſetur, ita ſentire vt loquens: ita in ſermone vultu & geſtibus te gerere, vt ſentis: ita denique agere, vt verbis præ te tuliſti: profectò, beati noſtri Senis ſermonem cum mente, facta cum verbis, ita conſpiraſſe meminimus, vt cum cæterorum nihil ſibi arrogaret, aut valde præ ſe ferret, vnam hanc integritatis & veritatis laudem, cum iuſtitiæ & pacis ſtudio coniunctam, ſibi integram & inculpatam eſſe vellet.

Si de Conſiliarii & Præfecturæ dignitate, deque eius in Rempublicam meritis dicendum eſt: norunt plerique, quantum pro communi bono, aut conatus ſit, aut præſtiterit: quę eius fuerit in dicendis ſententiis prudentia: quæ authoritas: quam libenter & ſerio, ſuas partes, vbi opus fuit, obierit. Et certe niſi earum virtutum & ornamentorum animi atque ingenii, quæ ad tam ardua & ſublimia munera requiruntur, certiſſima in eo eluxiſſent argumenta, non futurum, vt ad dignitates iſtas euectus eſſet.

Cæterum cum in ſocietate ciuili laudabilia quæque in hoc venerando Sene extiterint: vnum illud reliquum eſt, vt videamus, anne ex domeſtica & priuata eius vita, itemque familiæ gubernatione, & Coniugii forma decerpi poſſit, quod prædicationem mereatur? Et

equidem

equidem in magna felicitatis parte ponendum eſt, quod, cum ætas beati noſtri Senis ad coniugium maturuiſſet, coniugem ſibi, & vitæ ſociam, & generis propagatricem elegit, nobilitate generis, ingenio modeſto, ſimul ac prudenti, caſtitate & comitate ſingulari, induſtria gubernandæ familiæ, & aliis multarum virtutum ornamentis præſtantem, CATHARINAM Paſelichs. Non ſat dici poteſt, quanta huius coniugij fuerit ſuauitas: quanto amoris mutui, etiam in ſummis aduerſitatibus, conſtantia: quanta voluntatum atque animorum conſenſio: vt Admetum & Alceſtin neque ardentius ſeſe amaſſe: neque diuiſionem amoris acerbius tuliſſe, quam hos amantiſſimos ſui coniuges, exiſtimem.

Quin & eiuſdem coniugij, DEO benedicente, ea extitit fœcunditas, vt numeroſam prolem ex hac coniuge ſuſceperit. Ex qua adhuc ſuperſtites filij tres: HENRICVS ſtrenuus quondam miles in Vngaria: itemque aulicus VVolgaſtanus: CASPARVS, quem ingenio ſagaci, doctrina præclara, & prudentia non vulgari, adeoque vere nobilem eſſe conſtat: & ERNESTVS, qui propter ſingulares virtutes, & animi ſui dotes, ab Illuſtriſſimo Marchione Brandeburgenſi Capitaneus Præfecturæ ſuæ conſtitutus eſt. Filiæ itidem tres, quarum prima, SOPHIA, nupſit nobiliſſimo viro HEN-

ro Henrico Panckern/ hereditario in Matt-chow: reliquæ duæ Anna & Dorothea, innuptæ & virgines, in pietate & timore Domini cum parentibus vſque huc vixerunt.

Taceo authoritatem beati noſtri Senis, apud familiam & ſubditos: non autem, quæ continuis probris, quæ minis, quæ flagris, quæ carcere quaſi coacta exprimitur: ſed quæ grauitatis, prudentiæ, æquitatis, aſſiduæq; inſpectionis ſpontanea comes eſt: Is enim erat, qui amari ſe mallet, quam metui: & obedientiam voluntariam cuperet, non coactam.

Non dicam etiam de induſtria huius patrisfamilias in augenda re familiari: ita, vt prudenti gubernatione, ſedula inſpectione, & felici ſucceſſu, diuina denique accedente benedictione, ad ea, quæ à patre acceperat, magnam partem adiecerit.

Talis erat beatus noſter Senex, cum adhuc viueret: qui ita vixit, vt poſteris viuendi pulcherrimum exemplum reliquerit. Vixit enim, at non ſibi ſoli: vixit Reipublicæ: vixit templis atque relligioni: vixit multis miſeris, opem ſuam implorantibus: vixit bonis omnibus: Idem, quod Chriſtianorum tantum eſt, ſecuræ mortalitatis tandem terminum attigit, vitæ laborumq; ſatur, aquæ autem illius, quæ ſalit in vitam alteram cupidiſſimus, nunc Spiritu

ritu ſociatus eſt vniuerſorum Spirituum Domino, Spiritui nempe Sancto: per quem datur in paradiſum reſtitutio, in regnum cœlorum reuerſio, in adoptionem filiorum conceſſio: vt verbis Baſilii vtar. Ita ergo ex hac vita ſine vllo corporis aut capitis motu diſceſſit, & vitam cum morte commutauit: vt omnibus luctum atque incredibile ſui deſiderium reliquerit, ſibi vero gaudium infinitum atque immortale pepererit. Quapropter etſi vidua generoſiſſima, & filii filiæve, itemque cognati ac adfines nobiliſſimi, diſceſſu eius, in iuſtiſſimum luctum & ſqualorem acerbiſſimum cõiecti ſint: habent tamen & habebunt iidem, quo ſe erigant, atque conſolentur, quod nimirum laudabiliter vita perfunctus ſit: quod bene beateque obierit: quodque honeſtam & præclaram ſui memoriam reliquerit. Quin & hoc meminerint, quam nihil ſit in hac vita ex omni parte beatum, & hominis miſera cõditio vbique pateat, ſiue priuatim ſiue in ſummo rerum faſtigio collocatus viuat, vt ſcite ex Regio Propheta cecinit Buchananus, Pſalm. 39.

Nos aui quod viuimus pene eſt nihil,
Et pene breuius quam nihil.
Vmbra fugacis inſtar, atque imaginis,
Quam reddit æquor vitreum.

Idipſum

Idipſum inani in vanitate atque anxiis
Egreſcit in laboribus.
Animum libido torquet, inflat gaudium,
Spes tollit, ac timor premit.
Tumultuamur temere, congerimus bona,
Incognitis hæredibus.

Gratulandū itaque potius beato noſtro Seni, qui ab omnibus curis & negotiis remotus, beate diem vitæ ſuæ clauſit, adeoque hanc miſeriam cum beatitudine & vera vita cōmutauit, vbi amor nunquam tepeſcet; gaudium nunquam decreſcet; gemitus non exaudietur; neque dolor ſentietur; triſtitiæ nihil videbitur; lætitia ſemper habebitur: vbi Deum, qui finis eſt deſideriorum noſtrorum, ſine fine videbimus: ſine faſtidio amabimus: ſine fatigatione laudabimus: vt Ciuitatem Dei ſuam concludit Auguſtinus.

Sic itaque huius Senis exequias proſequamur, vt mortalia deſpiciamus; cœleſtia ſapiamus & cupiamus: vt ſine dono, donum, & cū dono datorem ſine auro capiamus; ille in nobis, nos in ipſo perpetuo maneamus. Te quæſumus omnipotens pater, recordare noſtri, quorum vita in exilio; certamen in periculo; finis eſt in dubio. O pater ſupra quem nihil; infra quem nihil; ſine quo nihil; vltra quem nihil. O Pater, ſub quo totum; cum quo totū; in quo totum. O pater à quo omnia; in quo

S omnia;

omnia: cui nec origo initium: nec tempora incrementum: nec caſus finem dabit. O Pater, fac, vt conſortes æternæ beatitudinis, viuamus cum iuſtificatis, in æuum æternitatis, Amen.

Epitaphium

NOBILISSIMI ET STRENUI VIRI DN. HENRICI NORMANNI.

ENNormannorum qui natus ſtemmate claro,
A nece deuictus condor in hoc tumulo.
Non generis clari mihi quidquam profuit ortus,
Nil pietas & opes, legitimuſque thorus.
Omnia mors aufert, diadema ligonibus æquans:
Omnia Parcarum tollit auara manus.
Sola ſolo virtus poſt fata nouiſſima durat:
Et nequit extincto corpore ſola mori.
Certe vt nil homini naſcens homo origine præſtat:
Sic fiunt omnes poſt nigra fata pares.
Ergo cum ſoluat mors omnia, & omnia mortis:
Mortalis viuens viuere diſce mori.
Dumque tibi atque aliis patet alti ianua cœli,
Non cras, cras ſerum eſt diſcere, diſce hodie.
Gaudio quod ſacra ego lotus baptiſmatis vnda
Ipſeq; ſum magni factus imago Dei.
Quod non vlterius peccati mole nequiui
Contemerare ſolum, contemerare polum.
Ergo terra vale: mihi nunc eſt patria cœlum,
Vita mihi Chriſtus, mors properata lucrum.

M. S. D.

FINIS LIBER I.

MATTHIÆ STEPHANI
IC. & Anteceſſoris in Academia Gryphiſ-vvaldenſi

TRACTATVS
DE
NOBILITATE
Liber Secundus:

Qui eſt

DE NOBILITATE SCIENtiæ ſiue literaria: & de priuilegiis, prærogatiuis & immunitatibus Doctorum.

EDITIO ALTERA AVCTIOR & locupletior.

Anno M.DC.XVII.

Digitized by Google

Nobili & Clariſſimo viro

DN. IACOBINO

Mörße/ IC. Hæreditario in Sommerfeld / fautori & amico meo omnia felicia & ſancta precor.

IPſe intelligis, Domine IACOBINE, aliam eſſe nobilitatem virtutis, rerumq; geſtarum, aliam vero ex ortu & natalibus deſcendentem, quæ generis & familiæ eſt. De nobilitate virtutis & ſcientiæ ſiue literaria, itemq; de priuilegiis, prærogatiuis & immunitatibus Doctorum, ante triennium tibi obtuli tractationem aliquam à me tunc conſcriptam. Quam ipſam iam latius extenſam & locupletatam tibi iterum inſcribere & donare volui: tum quia ipſe es egregie doctus, & ob præclaram iuris ſcientiam gradu Doctorali iam diu digniſſimus: tum quia ita de me meritus es, vt cenſeam, me hoc ipſum iure quodam tibi debere. Neceſſitas itaque officii mei excuſabit me, ſi forte minus tenue hoc eſſe videbitur, quod tamen, meo iudicio, non adeo tenue eſt, ſi dignitatem ipſius materiæ quis ſpectet: Demonſtrat enim hæc tractatio, qualem dignitatem habeant, & quibus decorati ſint priuilegiis, quibusve gaudeant iuribus & immunitatibus, qui ob egregie ſtudiis nauatam operam, propriamque virtutem ſuam, Doctorales honores & inſignia conſecuti ſunt. Spes itaque me certa fouet, te pro eo fauore, quo me proſequeris, & priorem editionem excepiſti, hoc quoque ſtudium & officium meum comprobaturum, meque mutuo amore proſecuturum. V. Gryphiſvvaldi in ipſis feriis Paſchalibus Anno 1616.

Matthias Stephani D.

LIBER

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS
DE NOBILITATE

Scientiæ ſiue Literaria, itemque de dignitate & priuilegiis Doctorum.

SVMMARIA.

1 *Virtus eſt armata vel togata.*
2 *Nobilitas alia artis alia martis.*
3 *Nobilitas generis hodie ex voluntate Imperatoris hæreditaria eſt.*
4 *Doctoris filius ex plebeio nato præfertur.*
5 *Nobilitas quæ ſanguine deriuatur quid?*
6 *Nobilitas duobus nititur fundamentis.*
7 *Nobilitatis literariæ definitio.*
8 *Sola ſcientia non confert nobilitatem literariam.*
9 *Doctores iuris etiam hodie nobiles appellandi.*
10 *Cancellarii Academiarum ſuſtinent vicem Imperatoris in promotionibus.*
11 *Epiſcopus Camminenſis Cancellarius Academiæ Gryphiſvvaldenſis.*
12 *Roſtochienſis, Epiſcopus Schuerinenſis.*
13 *Honores gradatim conferendi ſunt.*
14 *Nominis Magiſtri deriuatio.*
15 *Magiſtri noſtri qui?*
16 *Magiſtri nomen generale, 18.*
17 *Magiſtrorum definitio.*

19 *Doctores præ magiſtris maiori dignitate fulgent.*

20 *Doctor ab Imperatore vel Comite Palatino creatus, æquiparatur illi qui à collegio Iuridico promotus eſt.*

21 *Indoctus non fruitur priuilegiis Doctorum.*

22 *Spuriis dignitas Doctoratus bene conferri poteſt, vt & Licentiatus. n. 23.*

24 *Licentiati in fauorabilibus æquiparantur Doctoribus.*

25 *Et ſicut Doctores collatione gradus nobiles fiunt.*

26 *Doctor niſi degradatus vltimo ſupplicio non afficitur.*

27 *Doctor fruitur priuilegiis nobilium: & nobili tantum, præfertur. n. 30.*

28 *Doctor Doctori & nobili ſimul poſtponitur.*

29 *Niſi doctor tantum honoratiori præfectus ſit officio.*

31 *Doctores ſicut nobiles altiori loco præ aliis ſedere debent.*

32 *Iniuria Doctori illata atrocior cenſetur quam ſi plebeio, & competit actio popularis.*

33 *Doctor ratione ſalarii habet tacitam hypothecam.*

34 *Pœna pecuniaria Doctori ob delictum impoſita, ſi ſolui nequeat, in corporalem mutari nequit.*

35 *Doctores omni carceris & addictionis periculo vacant.*

36 *Doctor*

36 *Doctor criminaliter & capitaliter accuſatus fideiuſſoribus vel iurato cauendo carcere relaxandus eſt.*

37 *Doctores indiciis licet grauati non ſunt torquendi, neque terrendi. n. 38.*

39 *Doctores ob delictum mitiori pœna corporali plectendi ſunt.*

40 *Doctoribus plus fidei quam plebeis tribuitur.*

41 *Doctori vnico de peritia ſui diſcipuli teſtanti creditur.*

42 *Si tres in vno conclaui fuerint congretati, inter quos vnus Doctor, & horum vnus, non doctor occiſus reperiatur, homicidium ab alio non Doctore factum præſumitur.*

43 *Reſponſum vnius Doctoris pro ſe habens habet iuſtam cauſam litigandi.*

44 *Doctor ad dicendum teſtimonium non debet ad tribunal vocari.*

45 *Inſtrumentum hereditarium inter fratres Doctori fratri cuſtodiendum datur.*

46 *Doctores in illa ciuitate in qua Imperator ceu hoſpes moratur, vehiculis vti poſſunt.*

47 *Doctores reliquis competitoribus in electione ad officia præferendi.*

48 *Doctoribus arma geſtare licitum eſt.*

49 *Doctores à diſcipulis ſuis non poſſunt inuiti in ius vocari.*

50 *Diſcipuli egentibus Doctoribus alimenta præſtare tenentur.*

51 *Doctores habent immunitatem ab oneribus perſonalibus, & patrimonialibus.*

52 *Doctor ipſo iure ſit ciuis illius ciuitatis vbi profitetur.*

53 *Doctor poteſt fabrum vt alium vicinum ſibi obſtrepentem expellere.*

54 *Doctorum priuilegia etiã ipſorum Viduis quouſque in viduitate manent competunt.*

55 *Ad dignitatem Aſſeſſoratus admittuntur duntaxat nobiles & Doctores.*

56 *Doctores & ſine ſpeciali conceſſione inſigniis nobilium cum apertis galeis vtuntur.*

57 *Doctores qui viginti annis in Academiis docuit illuſtres efficiuntur, & eorum priuilegia conſequuntur. nu. 59.*

58 *Anteceſſores in Academiis qui?*

60 *Doctor in adulterio deprehenſus à marito impune non occiditur.*

61 *Nobilis vel Doctor extraneus ſubſtitutus à naturalibus liberis non excluditur.*

62 *Doctores in faciendo teſtamento iiſdem quibus miles gaudent priuilegiis.*

63 *Modo non propter imperitiam ſed dignitatem militiæ & vtilitatem reipublicæ ipſis conceſſa ſint.*

64 *Doctoralis dignitas nobilitati non officit.*

65 *Pro*

65 *Pro defenſione dignitatis quæ competant remedia, item quomodo probetur doctoratus n.66.*

SVperius traditum eſt, vnicam eſſe Nobilitatis politicæ cauſam, *Virtutem* prꝗſertim ciuilem; quæ eſt † vel militaris vel togata ſiue literaria. Et hinc nobilitatem aliam eſſe † martis, alium vero artis. Hæc nimirum quæ ex artibus & literis prouenit, eſt temporalis & perſonalis, quia cum perſona nobilitata, puta Doctore, extinguitur, nec eſt tranſitoria ad hæredes. At illa dicitur generis & familię, quia eſt communicabilis, adeoque perpetua & hæreditaria, quia vna cum perſona nobili, non extinguitur nobilitas, ſed potius in omnes poſteros totamque familiam & genus à parentibus tranſmittitur. Pro ratione diuerſitatis ponenda eſt voluntas Nobilitantis ſiue Imperatoris, qui ius nobilitandi habet, quæ merito hoc in caſu pro lege habetur § *ſed & quod Principi placuit Inſtit. de iure natur. gent. & ciuili.* Ex voluntate † itaque Imperatoris, eſt, quod nobilitas generis ſiue hæreditaria hodie eſt Ratio eſt: vt poſteri ad æmulationem virtutũ maiorum ſuorum incitarentur. Eleganter hac de re Cicero *in oratione pro Sext.* Omnes boni, *inquit*, ſemper nobilitati fauemus. & quia vtile eſt Reipublicæ, nobiles eſſe homines dignos maioribus ſuis, & quia valere debet apud nos

clarorum hominum bene de Republica meritorum memoria etiam mortuorum. Præterea & ideo voluerunt ſupremi Principes nobilitatem eſſe perpetuam & hęreditariam, vt ſemper habeant parata auxilia & neruos bellicos. Et idcirco etiam nobiles hoc tempore quoq; habent feuda perpetua ſiue ad hæredes tranſitoria, vt nimirū propter illa feuda militares virtutes eo alacrius exerceant, & ſemper prompti ſint pro tuenda & pugnanda patria. Ne dicam: incitari hac ratione plebeos quoq; ad eiuſmodi dignitatem virtute ſibi & ſuis acquirendā. Cic. *in orat. pro Sext.* Et quid ni Imperator ius haberet conſtituere, vt gloriam & decus virtutum parentum, tanquam præmium illarum ſentiant poſteri; cum & alias res hæreditarias, & in hæredem tranſitorias efficere poteſt *l. hæreditas ff. de reg. iur.* Quamuis itaque Doctorum filii nobilitatem à parentibus non conſequan-
4 tur: † Doctoris tamen filius, alteri ex ciue nato filio præfertur *l. iubemus 3. C. de Aduoc. diu. iudic. l. nemini 11. §. 1. C. de aduoc. diu. iudic. Laudens. de dignit. quæſt. 17.* Denique ſi quis denegare vellet Imperatori facultatem dignitates hæreditarias conferendi, ille, præterquam quod in crimen ſacrilegii incurreret, tolleret quoque & diſrumperet ſocietatis humanæ vinculum, quod verſatur in diſtributione pœnarum & prę̄miorum *l. iuſtit. ff. de iuſt. & iure & ibi VVeſenb. in parat.* fran-

frangeret ſtimulum gloriæ, atq; ignauiæ & ſo-
cordiæ vitiiſq; ſceptrum Imperii traderet. No-
bilitas itaq; † q̃ ſanguine in ſe deriuatam per 5
natiuitatem hęreditario habẽt, eſt nihil aliud
q̃ præmiũ auitæ nobilitatis, ſiue dignitas quæ-
dam hæreditaria, partim in præmiũ auitæ vir-
tutis, partim ob virtutis futuræ ſpẽ ab Impera-
toribus, data & conceſſa, Dixi *ab Imperatoribus.*
Nobilitas quippe cũ ſit relatio, neceſſe eſt vt
habeat fundamentũ, idq; † duplex. Primo vir- 6
tutẽ excellentẽ, & pręſertim bellicam: Deinde
collationẽ dignitatis iſtius factã ab Imperato-
re, vel alio poteſtatem nobilitandi habente.
Quãuis enim veriſſimum ſit, ꝙ Cicer. dicit *lib.*
1. *offic.* Honeſtum, etiamſi nobilitatum non ſit,
aut ſi etiam à nemine laudetur, laudabile ta-
men eſſe ſua natura. Tamen oportet diſcerne-
re inter virtutẽ, & inter inſignia virtutis; & non
confundere nobilitatem ſpecialiter dictam,
cum ipſa virtute Keckerm. *in præcogn. ethicis, pag.*
mihi 41. §. *cum ergo nobilitas.* Adde quæ notaui
ſup. lib. 1. *cap.* 2 *n.* 17. Illa itaq; nobilitas, quæ per
ſanguinem in poſteros deriuatur, non recte di-
citur mere naturalis à Caſo *lib.* 1. *ſphæra ciuitatis*
cap. 4. habet enim illa cauſam, beneficentiam
Principis, eiuſque conceſſionem, quæ certe ci-
uilis eſt, & ob ciuiles cauſas introducta *l.* 5. *vbi*
Caſt. & alii C. de diu. reſcript. ſed de hac nobilita-
tis ſpecie dictum eſt *præcedenti lib.* 1. *per tot.*

Super-

Supereſt vt dicamus de nobilitate ſcientiæ
7 ſiue literaria: quæ definitur,† quod ſit dignitas quam quis, licet humili genere natus, propter virtutem togatam, & præſertim iuris ciuilis ſcientiam & peritiam promeretur *l. prouidendum, ibi quos ſcientia nobiliſſimos facit C. de poſtul. vbi gl. & Salycetus.* qui ibidem tradit: nobilitatem eſſe filiam ſcientiæ. Imo Cynus *in d.l. prouidendum.* loquens de nobilitate ſcientiæ, dicit eam potiorem nobilitate generis, quã quis non ex ſe, ſed à parentibus accepit Tiraq. *de nobilit cap. 5. per tot.* Verum ad hanc nobilitatis ſpeciem, hodie moribus noſtris de ſubſtantia requiritur, vt quis authoritate publica & ſuprema in Doctorem ſit promotus, & ſic nobilis, prænio rigoroſo examine, cõfir-
8 matus. Nam quod † ſola ſcientia non ſufficiat ad nobilitandum, niſi etiam cum ſcientia concurrat collatio ipſa doctoralis dignitatis, tradit quoque Bartolus *in l. iudices C de dignit. lib.* 12. cui aſtipulantur alii plurimi Tiraq. *d. loc. Pet. Lenander. in tract. de priuileg. Dd. p. 2. n. 40. §. 30. Lanfranch. de priuilegiis n. 19.* per quam collationem, eximitur quis è plebeia conditione, & fit nobilis modo exemptio fiat ab Imperatore, vel altero eius nomine; prout hodie in collegiis Doctorum in priuilegiatis Vniuerſitatibus plerunque videmus eiuſmodi promotiones ſolemniter fieri Imperatoris nomine *fac. text.*

text. in l.1. verſ. omnia en. in C. de vet. iure enucl. vbi Imperator dicit, ſe omnia facere, quæ per Iuriſconſultos facta ſunt. Nobilitatem autem hac ratione conferri, non eſt dubitandum, & probant textus *in d. l. prouidendum. C. de poſtul.* vbi Imp. Gratianus reſcribit: prouidendum eſt, ne ij quos in foro aut meritum nobiliſſimos fecerit, aut vetuſtas, in vna parte conſiſtant. Ex quibus patet, meritum & vetuſtatem iuris ciuilis ſcientiæ, eius peritum reddere nobiliſſimum. Hinc Domitius Vlpianus, quem Imp. Alexander *in l.4. C. de contrah. ſtipul.* amicum ſuum vocat, & qui tantum auctoritatis conſecutus erat, vt prædicto Imp. Alexandro primum tutor, deinde conſiliarius, tandem & prætorio præfectus Anno Chriſti 230. *teſte Labitto in indice legum.* deſignatus fuerit, propter ſcientiam iuris exquiſitiſſimam nobilis vocatur *in l.2. §. vlt. in fin. de excuſat. tut.* Et in *l.4. eod. tit.* ea quæ de tutelis ſtatuebantur, ſcribere dicitur Vlpianus nobiliſſimus. Ex quo conſequitur, † etiam noſtro ſeculo, iuris Doctores eſſe 9
appellandos nobiles; cum prædictæ leges non modo non abrogatæ non ſint, ſed & ab ordinatione Cameræ Imperialis, tanquam lege poſteriore, confirmatæ, vbi Doctorum vxores, genere nobilibus fœminis æquiparantur, & idem veſtitus vtrique adſignatur.

Cæterum Imperatoris † vel etiam Pontifi- 10
cis Ro-

cis Romani vices in creandis Doctoribus ſuſtinent Cancellarii Academiarum. Non ſolum enim pro exercenda ſeculari iuriſdictione cõſtituuntur Cancellarii in aulis Principum: ſed & Cancellarii inueniuntur quoque in aliquibus Eccleſiis collegiatis, maxime in vrbe, vbi eſt Academia, cuius dicitur Cancellarius *vt in c. vnic. vt Eccl. beneficia ſine diminut. confer.* Hoc ius Cancellariatus eiuſque dignitas deinceps ad Epiſcopos Diœceſium, in terris Eccleſiæ & Imperii translata eſt; vt videlicet illi in Academiis non ſolum iuriſdictionem per viam appellationis exerceant, ſed etiam dignitatum collationes in eos, qui palmam ſtudiorum meruerunt, puta, Doctoratus, Licentiatus, Magiſteriatus & Baccalauriatus ab iiſdem duntaxat petendæ ſunt.

11 Atque ſic eo iure † & conceſſione Imperatoria & Pontificia in hac noſtra Vniuerſitate Gryphiſwaldenſi Epiſcopus Camminenſis ratione cathedræ, quæ eſt Cammini, cui id regale inhæret, facultatem & Licentiam promouendi Doctores & Magiſtros, excluſis patronis & fundatoribus Academiæ, Pomeraniæ Ducibus, ſolus concedit. Adeoque Decani Facultatum ab eodem poteſtatem promouendi impetrare neceſſe habent.

12 In Academia Roſtochienſi † ea poteſtas impetranda eſt ab Epiſcopo Schuerinenſi. Habet

Habet autem Academia eadem Roſtochii illud præcipuum, quod ex Priuilegio Pontificis Martini Quinti Anno 1427. eidem conceſſo; Rector Academiæ poſſit duos vel tres Magiſtros aut Doctores ex Concilio eligere, ſibique adiungere, & vna cum illis Cancellarii munus expedire, poteſtatemque Decanis creandi Doctores vel Magiſtros facere, ſi forſan eiuſmodi Licentiam Epiſcopus Schuerinenſis, ob id rogatus, petentibus proteruiter dare recuſet; vel etiam abſens ſit.

Quorum authoritate creentur Candidati, ex ſuperioribus conſtat. Gradatim † autem 13 honores conferendi ſunt. Et inde factum, vt qui initia diſciplinæ, in qua quis gradum ſibi attribui petit, mediocriter percepit, ei primus titulus Baccalaurei concedatur. Ei vero, qui aliquanto longius in ſtudiis progreſſus, & ſuæ eruditionis publicum ſpecimen edidit, ſecundus titulus Licentiati tribuatur. Et denique qui ad faſtigium doctrinæ peruenit, ei ſummus gradus Doctoris & Magiſtri conferatur. Sicut enim Athletæ tribus Coronis more Græciæ antiquo inſigniri debebant *l. 1. Cod. de athlet. lib.* 10. ita in ſtudio literario tres ſunt diſtincti gradus.

Magiſtri nomen à magis † deductum eſſe 14 videtur: quibus ſapientiæ & doctrinæ liberalis

beralis profeſſio in Perſia fuit commendata. Quanquam itaque hic titulus maxime philoſophis conueniat, tribuitur tamen etiam Theologis eximiis in quibuſdam Academiis
15 κατ' ἐξοχὴν. Pariſiis enim † & Louanii *magiſtri noſtri* dicuntur Theologiæ Doctores, qui omnis doctrinæ cenſuram ſibi vendicant, & velut regnum poſſident. Ex quo fit, vt Doctoribus etiam in Titulis aliquando præferantur. Rebuffus *in tract. concordatorum tit. de collationib.* §. 1. *pag mihi* 919. ideo magiſtros noſtros ex conſuetudine vocari Theologos Doctores, quod ſunt communes omnium, tam in prædicationibus, quam in lectionibus gratis ſeruiendo, & vti Eccleſia dicitur noſtra, quia nemini claudit gremium: ſic & iſtos magiſtros dici *l. fin. circ. ſin. ibi, noſtras diuinas domos Cod. de quadr. præſcript.* Et inde infert Rebuffus, Doctores aliarum facultatum, non debere vocari magiſtros noſtros, quum non ſint communes omnium ſine mercede, ſicuti Theologi: nec tantam curam & ſolicitudinem de regimine Eccleſiæ habeant, quam Theologi, *vt notat Rebuff. d. tract. tit. de nominatione facienda* §. 1. Sed Theologi hodie apud nos ſine mercede non
16 docent: Et † magiſtri etiam vocãtur Doctores: & contra Doctores vocãtur magiſtri *in proœm. compilat. Decretalium l. quatenus* 9. *ff. de recept.* Alciat. *in l. cui præcipua ff. de verb. ſign.* Quin & in Medi-

Medicina vocantur magiſtri *l magiſtros Cod. de profeſſ. & Med.* Magiſtri itidem vocantur magiſtri, cum adiuncto *c. 1. c. quia de magiſt. c. 1. 24. quæſt. 5.* vbi vocantur magiſtri liberalium artium. Et magiſtri legum appellantur *in proœmio Digeſt.* quos hodie Doctores dicimus. Brech. *in d. l. cui præcipua ff. de v. ſign.* Et credendum eſt, hinc fluxiſſe appellationem hanc, quod Rotæ Romanæ auditores adhuc magiſtros appellent; quaſi ad eam legum peritiam deducti, vt magiſterio fungi poſſint: ſeu magis, quia Doctoratus inſignia aſſecuti ſunt, Galli enim pleroſque Doctores appellant magiſtros Aldobrand. *in proœm. Inſtit verb. magiſtros.* Et quod magiſtri nomen generi cum ſit, ſub quo cuiuslibet facultatis Doctores comprehendantur, tradit Alciatus *in d l. ſi cui, de verb ſign.*

De magiſtrorum tam in genere quam in ſpecie, nomine, dignitate & officio diſſeruit eleganter D. Camerarius *cent. 3. meditat. hiſtoric. cap. 28.* cuius verba hic ſubiicere placuit.

Magiſtros inquit, in genere recte,† definit 7
Paulus Iuriſconſultus *in l. cui præcipua de v. ſign.* eſſe eos, quibus præcipua cura rerum incumbit, & qui magis, quam cæteri diligentiam & ſolicitudinem rebus, quibus præſunt, debent. Hincque, inquit, magiſtratus per deriuationem à magiſtris cognominantur, & cu

T libet

libet diſciplinæ præceptores, magiſtros appellamus, à monendo vel monſtrando, ex eo verbum magiſtrare, pro moderari, in vſu olim eſſe cæpit: Vnde accidit, vt hoc nomen, cum
18 aptius nullum inueniretur, ad innumera † fere officia militaria, & forenſia applicaretur. Dictator enim quondam populi Magiſter, & qui proximus ab illo in dignitate conſtitutus erat, Magiſter equitum dicebatur. Hinc minora officia eodem nomine cohoneſtabantur, vt magiſtri militum, qui & *στρατηλάται* in Nouellis, & in conſtitutionibus Impp. eminentiſſimi, magnifici, excelſi, & illuſtres appellantur. Vnde etiam Magiſtri ſcriniorum cui ſuberant, Magiſtri memoriæ, epiſtolarum, libellorum. Porro erant Magiſtri cætus, apud quos edebantur teſtamenta, cæteraque inſtrumenta publicabantur. Erant præterea Magiſtri officiorum, in oriente vnus; in occidente alter. Sub horum diſpoſitione erant fabricę, item ſcrinia memorię, libellorum, epiſtolarum, diſpoſitionum, & ſimilia. Ad ſummam, in omnibus officiis, muneribus, & dignitatibus, ij Magiſtri appellabantur, qui præ cæteris ingenio, virtute, experientia rerum, & vſu magis præſtarent, & eminerent. Hinc, Magiſteria poteſtas, quam Suidas *μαγιστείαν* [illegible] vocat, & Magiſterium militare, atque in numero multitudinis, Magiſteria municipalia

lia fluxere. Hinc & Magiſteriani, inter dignitates reperiuntur: quos Græci poſteriores etiam Magiſtrianos, vna dempta ſyllaba, appellaſſe videntur. Ob eam cauſam hoc Magiſtrorum & Magiſterii honorificum nomen, vtpote continens eximiam dignitatem, in liberalibus & ingenuis artibus, & diſciplinis ſumptum: ob ſimilitudinem, à militaribus & forenſibus officiis, ab Imperatoribus, (cum animaduerterent, ſine ijs, ex barbarie, homines emergere, & ciuilem vitam gubernare, & conſeruare eos neutiquam poſſe) in Academias & Scholas introductum, vtque iis qui magis cæteris poſſent, honoris ergo imperti-retur, autoritate Cæſarea conceſſum eſt. Ex quibus apparet, quales eos in ſtudiis & moribus eſſe oporteat, qui hoc nomen cum laude conſequi, & tueri cupiunt. Eodem modo conſiderent hoc ij, qui de his actionibus Academiæ, & publicæ vtilitatis ergo, ex Imperatoria munificentia ortis, tam ridicule ſentiunt, & ſcurriliter loquuntur, cum eam cauillationibus ſuis contemnant. Quid enim faciunt ἄμουσοι illi aliud, quam vt in luto imperitiæ ſuæ diutius hærere, & mergi malint, quam ad ſaluberrimos & amœniſſimos fontes, & riuulos limpidiſſimæ ſciētiæ, & virtutis, accedere, & ſordes ſuas abluere curent. Sed retineant ſane morem ſuum, & Midæ inſtar vtre, pro cithara, quoniam ita illis lubet, vtantur, donec

ſaniora, & dicere & agere diſcant. *Huc vſque Camerarius.*

Cæterum quamuis magiſtri artium, etiam Doctores artium appellentur: Doctores ta-
19 men † maiori dignitate fulgent præ magiſtris: Doctoratus quippe in priuilegiatis Academiis plerumque cum equeſtri dignitate coniungi ſolet; præterea iuris Doctores nobiles *d.l.prouidendum C.de poſtul l.diximus in fin.ff.de excuſat.* Imo etiam Domini *l.2.C.de offic.diu.iudic.* & patres principis, vocantur *§.filiusfamilias 5.Inſtit. Quib.mod.ius pat.poteſt.ſolu.* Legalis enim ſcientia eſt honoris plena *arg.l.6.C.de poſtul.* laudabilis *l.4.C.de aduoc.diu.iudic.* & ſanctiſſima *l.1. §.5.ff.de extraord.cognit.* Et ſiquidem in Republica Romana, paulo poſt imperium Imperatoris Auguſti triplex conſtituebatur ordo dignitatum, Primo illuſtrium, quo in numero fuere Præfecti prætorio & Præſides Auguſtales: Deinde ſpectabilium; Tertio clariſſimorum, cuiuſmodi erant ſenatores Romani: ſub titulo & ordine ſpectabilium & clariſſimorum Iureconſulti ſeu Profeſſores iuris continebantur.

Non diſtinguendum autem puto inter
20 Doctorem † promotum à collegio iuridico, & promotum ab Imperatore, vel ex conceſſione eiuſdem à Comite Palatino, Comitiuam habente, quando ſcilicet præcedente rigoroſo exami-

examine ab Imperatore vel Comite Palatino Doctor creatur, adeoque optimorum ordinis conſenſu & decreto conſpirante approbatus eſt *l. magiſtros C. de profeſſ. & med.* Quam ſententiam etiam approbat Hieronymus Treutlerus *diſp. 1. theſi 7. lit. A. vol. 1.* Et late eam probaui *lib. 2. de iuriſdict. p. 1. cap. 6. memb. 1. n. 74. vſq. ad n. 91.* Neque adhuc video, quare dignitates & immunitates Doctorales hiſce denegari poſſint vel debeant; cum cæteris paribus, inter eos ratione vel recipientis, vel conferentis gradum nulla ſit differentia, vt ex adductis *d. membro 1.* ſatis ſuperque patere poteſt. Recipiens quippe ſiue aſſumens gradum vel à collegio iuridico, vel à Comite Palatino, vtrobique debet eſſe à peritis in arte examinatus, & idoneus repertus, ſin minus equidem, merito reiicitur tanquam imperitus, etiam ſi à collegio collationem doctoratus petiuiſſet. Scientia enim eſt de ſubſtantia promouendi Doctoris: & indoctus †non fruitur priuilegiis Doctoris Petr. 21
Gregor. *lib. 18. de Republ cap. 9. n. 9.* Reſpectu cõferentis itidem nulla eſt differentia. Siue namque à collegio iuridico in aliqua Vniuerſitate, ſiue à Comite Palatino, dignitas illa conferatur, fit hoc ex ſola authoritate & conceſſione Imperatoris. Quod autem quis facit per aliũ, ipſe feciſſe cenſetur *c. quod quis de reg. iur. in 6. l. 6. verſ. omnia enim C. de vet iure enucl.* Reliqua petãtur *ex d. memb. 1.*

 An

An vero dignitas doctoralis poſſit ſpuriis & illegitime natis conferri; à quibuſdam
22 dubitatur. Ego † exiſtimo: ſi neglectis vitiis paternis, re & vita honeſti ſint, & propria virtute effulgeant, hos honores illis denegari nō debere, cum eo caſu nulla macula aſperſi eſſe intelligantur *l. generaliter* §. *ſpurios*, ibi, ceſſantibus vero his, etiam ſpurii ad decurionatum & re & vita honeſti recipientur *ff. de decurionibus.* & *c. nunquam 56. diſtinct.* vbi Ioannes Chryſoſtomus, natus ex meretrice, inquit, ſi propria virtute decoretur, parentum non dedecoratur opprobriis. Et in *c. Apoſtolica & ſeq. diſt ead.* Quamuis filius ſacerdotis ſit, ſi cæteræ virtutes in eum conueniant, illum non reiicimus, ſed ſuffragantibus meritis ſuſcipimus. Neque certe quis dubitet, quaſi melius ſit natiuitate quidem ſpurium eſſe, ſed virtute & eruditione ſplendere; quam natalium ſplendore fulgere, ſed virtute & eruditione ſpurium eſſe. Et ſi lege aliqua ſpurii à Doctoris gradu non excluduntur, neque hominis erit, eoſdem ea dignitate priuare.

Quin & more recepto videmus eos ad capeſſendum Doctoris gradum admitti Cardinalis Zabarella *in clementina cum ſit num.* 14. *in fin. Extr. de Magiſt. Bonus de Curtili in tract. de nobilit. p.* 7. *num.* 8. Et hanc ſententiam pluribus firmat D. Erneſtus Cothmannus

in com-

in commentario ad librum primum de decurionibus. Tractaui itidem & eg quæſtionem *lib.* 3. *de iuriſd.p.* 2. *tit.* 14. *num.* 12, & *ſeqq.*

Quæ de Doctoribus traduntur, ea † quoq; in Licentiatis obtinent, ſic namque communiter receptum eſſe Licentiatum † æquiparari Doctori; maxime in fauorabilibus Rol. à Valle *conſ.* 11. *incip. omiſſis philacteriis n.* 19. & *ſeq. vol.* 2. *Middend. lib.* 1. *de Academ. cap.* 7. *Petrus de Leſnanderie, in tract. de Doctorib & eor. priuileg. p.* 4. *quæſt.* 3. & *quæſt.* 98. *Andr. Tiraquel. in tract. de legib connubialib. gl.* 2. *num.* 2. *Beuſt. in l. ad perſonas egregias* 15. *num.* 11. *ff. de iureiur. Pet. Heg. quæſt.* 17. *num.* 23. *p.* 1. *Chriſtoph. Cuppener. ad Auth. Habita. C. ne fil. pro patre pag.* 48. vbi ad hoc etiam allegat Baldum *in l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* Quia nimirum ſunt in potentia propinqua actui doctorali Tiraquel. & Bald. *d. loc.* non etiam in odioſis; quia in pœnalibus & odioſis, ſermones ſunt ſtricte interpretandi Bald. & Cuppener. *d. loc.* ſed Petrus Rebuffus *in tract. concordatorum tit. de collationibus* §. 1. *verb. Licentiato, pag. mihi* 920. tenuit ex eodem Baldo *in l.* 1. *Cod. ne filius pro patre.* appellatione Doctoris non venire Licentiatum: & addit; quod Baldus *in dict. l.* 1. *Digeſt. ſolut. matrimon.* contrarium dicit, illud non eſſe verum, cum ea ratione Licentiati eſſent melioris conditionis quam

...ed non recte hoc exinde ſimpli-
c... ...ur. Et meminerit, ſemper fauores ampliandos, odia vero reſtringenda *c. odia de reg.iur.in 6.vbi Dyn.* Et quod Licentiatus quoad fauores habeatur pro Doctore, communem eſſe opinionem dicit Petrus de Leſnanderie *d. tract. p.4. quæſt.3.* vbi ergo ex ſtatuto Doctor debet legere & docere, poterit idem etiam facere Licentiatus Pet. de Leſnanderie *d. quæſt.3. &* 98. ſin vero Epiſcopus excommunicauerit omnes Doctores, non diſputantes, non includuntur Licentiati: quia in pœnalibus & odioſis ſermones ſtricte interpretandi, vti modo dictum. Recte itaque, tanquam in fauoralibus, concluditur, Licentiatos frui Doctorum honoribus, iure, priuilegiis & immunitatibus, quod generali conſuetudine notiſſimum eſt. Reliqua huc ſpectantia de Licentiatis, tractata ſunt à me *lib.3. de iuriſdict.p.2.cap.14.n.95.& aliquot ſeqq. vſque ad n.*107.

25 Ergo vti Doctores ita quoque † Licentiati per collationem gradus, conſequuntur nobilitatem politicam ſeu ciuilem Chaſſ.*in Catalogo de gloria mundi p.*8.*conſiderat.*10. *Bon de Curtili de nobilit.p.*3.*nu.*102.vbi concludit: quod Doctor dicatur Nobilis duplici nobilitate, animi ſcilicet, & politica, ſeu ciuili nobilitate Alex. *conſ.*94.*vol.*1. Cyn.*in l.prouidendum C.de poſtul.* vbi

vbi vterque adhuc plus dicit: quod Doctor dicatur magis nobilis, quam ille qui eſt nobili genere *Boer. ad conſuet. Burgundiæ Rubr. 4. §. 19. n. 1.* De dignitate Doctoratus eſt textus *in l. nobiliores C. de commerciis. l. medicos. C. de profeſſ. & med. Auth. vt liceat matri & auiæ §. quia vero legem, in verb ſtudii dignitatem d. l. prouidendum C. de poſtul. Pancirol. conſ. 59. numer. 61.* vbi hoc dicit, communi ſuffragio receptum: Doctores enim quaſi ſplendor firmamenti lucere, & tanquam luminoſæ candelæ, vniuerſis orbis corpus, profligatis errorum tenebris, vel vt ſydus matutinum & ſtellæ, in omnem æternitatem manſuræ irradiare dicuntur *c ſuper ſpecula Ext. de Magiſt. c. ex eo de elect. in 6.* Eleganter Matthias Colerus *in tract de proceſſib execut. p. 1. cap. 6. numer. 130. & ſeqq.* Quin & dignitas Doctoratus emicat ex cauſa nobiliſſima, Imperatoria ſcilicet maieſtate omnium celſiſſima. Quippe quod ſolus Imperator inſignia & dignitatem Doctorum conferre poteſt: à quo tanquam à riuulo & fonte omnes dignitates proficiſcuntur *Riminald. conſ. 5. num. 93. Bolog. in d. Auth. Habita. C. Ne filius pro patre.* Item quòd promotus Doctor † **26**
ob crimen aliquod capitaliter condemnatus, non poſſit vltimo ſupplicio affici, niſi prius degradatus ſiue dignitate priuatus fuerit: Nemo enim mori debet in dignitate *Matheſilan. ſingul. 59. num. 9.* Non autem degradatione opus eſ-

et: Priuatio enim præſupponit habitum. Et dici de aliquo requirit ineſſe *per vulg*. Et hinc quod Doctor in dignitate conſtitutus eſſe cenſeretur, idem olim officium Procuratoris exercere non poterat Rol. à Valle *conſ.66. num.38.vol.1.Guido Papæ quæſtio. 88. in princ.* ideo nimirum, quod iſtud officium quondam vile reputaretur, *l.ſi quis Procuratorem Codic. de decurionib.* Quamuis hodie ſecus ſit: quin enim Procuratoris munus noſtris morib. ſit honorificum, non dubitatur, *Ordin. Cam.p.1.tit. 18. Gail.1.Obſ.43.n.7.& 8.*

Sed ne fruſtra id confirmaſſe videar, quod Doctores ſint egregia dignitate præditi: age videamus, de priuilegiis, quæ honoratiſſimo ordini Doctorum conueniunt.

17 Primo loco illud pono, quod Doctor, † non tantum vtatur fruatur priuilegiis nobilium genere. Policey Ordnung de Anno 1577. Item Reformation guter Policey zu Augſpurg de An.1530.tit.vom Adel. Sed & præfertur ei qui Nobilis tãtum eſt: De cuiuſmodi nobilib. agit Receſſus Imperii de Anno 1560. Auguſtæ habito in §. Item ſollen jederman/ in verbis, vnd ſonderlich ſollen die vom Adel/ die nicht Ritter oder Doctor ſeynd: Qui enim propria virtute & moribus animi fulget, ipſe ſibi nobilitatem adſciuit, abſque maiorum ſuorum meritis. Ex genere autem nobilis, habet nobilita-

bilitatẽm ex maioribus. At præſtat propria virtute præditum eſſe, quam à maioribus ſibi nobilitatem vendicare: quippe quod ex genere nobilis præſumptione quis duntaxat ſit nobilis *arg. l. quod ſi nolit §. quia aßidua ff de ædilit. edict.* & fortior ſit dignitas quam quis habet per ſe, præ illa, quam quis habet per alium *arg. leg. 1. & 2. ff de offic. proconſ. Tiraquell. in tract. de nobilit. capit. 5. num. 5. & 6.* Et ſi magnificat atq; honoretur nobilitas propter virtutis præſumptionem, certe virtus omni nobilitate prę-ſtantior iudicetur *Simon. Simonius in tract. de Nobilit. cap.* 14.

Secus tamen eſt, ſi Doctor conferatur cum Nobili & Doctore ſimul: Eiuſmodi enim Nobilis † regulariter præfertur Doctori tantum. 28
Tralatitium enim eſt, quod duplici dignitate cohoneſtatus præferatur ei, qui alteram habet *leg. 1. Cod. de ſilentiariis lib. 12. leg. 1. verſicul. Sed compendium Codic. de primicerio, d. lib. 12. l. maior dignitas 3. Codic. de dignitatibus lib. 12.* item quod duo vincula plus ligent, quam vnum *§. ſed hodie 2. verſicul. quia autem concurrunt Inſtitut. de Adopt. §. adfinitatis 6. verſiculo nam ſi adhuc Inſtitution. de nuptiis.* at in Nobili & Doctore ſunt duo vincula, in Doctore tantum, duntaxat vnum. Et hinc quoque colligitur: Quod Doctor vtriuſq; iuris, ponti-

ficii

ficii ſcilicet & Cæſarei, anteponatur ei qui vnius tantum facultatis laurea donatus eſt *Chaſſ. in Catalogo gloriæ mundi p.8. conſiderat. 27. §. faciunt.* Item, quod Doctor, natus ex Doctore: prę feratur Doctori ex ciue non Doctore, nato: Item, quod filius Doctoris, præferatur filio ciuis non Doctoris *l. iubemus 3. verſic. filios aduocatorum extraneis, ad idem officium accedentibus, anteponi Cod. de aduocat. diuerſ. iudic. l. nemini 11. §. non aliter 1. verſic. filios autem Cod de Aduoc. diuerſ. iudiciorum. Tiber. Decian. reſp. 19. Quanquam nu. 229. vol. 3.* Duæ enim cauſæ exuperant vnam *Auth. de conſang. & vternis fratrib. c. quia igitur 1. §. plurima 2. verſ. præponi iis Nou. 84.* & duæ rationes vincunt vnam *Auth. ceſſante Cod. de legit. hered.* De Nobilibus & Doctoribus ſimul eſt in Receſſu Imperij Anno 1500. Auguſtæ habito §. Item die vom Adel / & §. Item die vom Adel ſo Ritter oder Doctor ſeynd.

Nobilis itaque & Doctor ſimul præfertur Doctori tantum. Quod verum eſt regulariter.
29 Nam ſi † Doctor tantum, in honoratiori & digniori loco & munere à Principe ob inſignẽ virtutem ſuam conſtitutus eſſet: forte quod eſſet Cancellarius, vel director iudicij, & contra ille qui nobilis & Doctor ſimul, inferiori munere fungeretur, certe quis negaret illum hinc præferendum eſſe? Reformatio guter Policey zu Augſpurg Anno 1530. auffgericht tet.

tit. vom Adel §.1. ibi, vnd ſo einer eines Fürſten Hoffmeiſter/ Canzler/ Marſchalck oder Raht/ vnnd doch nicht vom Adel were/ der mag ſich denen von Adel / wie obgemelt / gleich tragen/ Reformation guter Policey de Anno 1548. zu Augſpurg auffgericht / vbi idem repetitur. *fac.* §.5. *Inſtitut. Quib. mod. mod. ius pat. poteſt. ſolu. & l. quiſquis Cod. ad L. Iul. Maieſt.* Quod ſi vero Nobilis præ Doctore in officio honoratiori & digniori conſtitutus, ſecus eſt.

At ſi nobilis neque †aliquo munere à Principe honoratus, neque bonis literis vel etiam bonis moribus tinctus, eum non dixerim præferendum, ſed poſtponendum Doctori: de quo caſu ſuperius dictum §. *primo loco.* Nam 30

Stemmata quid faciunt, quid prodeſt Pontice longo
Sanguine cenſeri, pictoſque oſtendere vultus
Maiorum, & ſtantes in curribus Aemilianos?
Quis fructus generis tabula iactare capaci
Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros?
Si coram Lepidis male viuitur. Quin:
Et genus & proauos & quæ non fecimus ipſi
Vix ea noſtra puto.

Recte ideo pigro cuidam militi, ſtrenuo patre nato, ſtipendia petenti paternis æqualia reſpódit Antigonus: Pro fortitudine propria, nó pro paterna militibus præmia diſtribui.

Laus eſt creari ſplendidis maioribus:
Sed iſta laus eſt ſortis arbitraria.

Nec

Nec tam decorum genere prognaſci bono,
Quam turpe auorum gloriam indecentibus
Fœdare factis, obruiſſe ignauia.

Propterea tales non præmio virtutis digni, vt bene meritis & Doctoribus anteferantur, ſed potius pœna digni, quod ipſi in cute perditi, & ſuo exemplo Rempublicam perdant *Cic.lib.3.de legib.* Late de prælatione Doctorum & Nobilium tractat Tiraq. *in tract. de Nobilit. d. capit.5.* & Lauterbachius *in tract. de armis & literis.*

31 Secundum priuilegium eſt, quod Doctores tanquam Nobiles & in dignitate conſtituti, eminentiore loco præ aliis ſedere debent. Hinc diui Imperatores reſcripſerunt, Doctores ad Magiſtratum vel iudicem venientes, non ſtare, ſed apud ipſum Magiſtratum vel iudicem ſedere debere: Pœna ternarum librarum auri aduerſus iudicem conſtituta, qui hanc ſedendi facultatem illis denegauerit *text. in l. fin. Codic. de offic. diu. iudic.* vbi etiam illud in fauorem Aduocatorum additum eſt, pœnam eandem mereri, qui Aduocatum decenti & honorifica ſalutatione non exceperit. Licitum etiam eſt legum Doctoribus Aduocatis ingredi quandocunque volunt auditorium Principis, & ibidem Actorum ſecreta inſpicere. Dignitati enim in omnibus quæ reuerentiam concernunt deferendum eſt *l. fin. §. ſedendi. Codic.*

vbi

vbi ſenat. leg. ſecund. §. *fin. Codic. de offic. diu. iudic.*

Hinc eſt, ſi quis alicui Doctori tenetur reddere rationem, quod ipſe Doctorem accedere, non autem Doctor ipſum ſequi tenetur *leg. pen.* §. *fin. de condit. & demonſtrat. Chaſſ. in catalogo gloriæ mundi p.* 8. Item, quod Doctor non debeat nec poſſit domo ſua euocari, ad teſtimonium dicendum vel iuſiurandum præſtandum: Sed quod iudex neceſſe habet ad eum mittere quempiam, qui domi ſuæ ab eo teſtimonium vel iuſiurandum recipiat: quia eſt egregia perſona *leg. ad egregias ff. de iureiur. Chaſſ. d. p.* 8. *conſiderat.* 38. habens dignitatem *c. quanto. Ext. de Magiſtr. l. medicos Codic. de profeſſ. Villalob. in verb. Doctoratus.*

Idque vel maxime obtinet, ſi Doctor nitatur duplici vinculo: vt quia eſt Cancellarius, vel profeſſor in vniuerſitate: hi enim Doctores inter valde egregias perſonas numerantur *Rutger Ruland. in tract. de commiſſ. & commiſſionibus, p.* 2. *lib.* 2. *capit.* 5. *numer.* 13. Vbi idem tradit obtinere in Licentiatis: itemque in Aduocatis & Procuratoribus, nimirum, ſtante ſtatuto, quod ad Doctores debeat mitti, eos domi examinandos eſſe: de communi vero conſuetudine vna cum aliis teſtibus, exceptionibus non obſtantibus recte citari. *d. nu.* 13. 14. 15. *&* 2. *ſeqq.*

Tertium

32 Tertium ptiuilegium eſt, quod † iniuria Doctori illata, propter dignitatem & excellentiam perſonæ valde exaſperatur, adeoque pro atroci iniuria reputetur, & ob id grauius quam ſi plebeio facta eſſet iudicetur *Guido Papæ quæſt. 8 Crauetta conſ. 168. num. 10. Schrad. inter conſilia variorum German. conſ. 40. num. 79.* Quin & offendens Iuriſconſultum, intelligitur committere ſacrilegium, non aliter ac ſi ſacerdotem offendiſſet. Et iniuriæ vni ex Doctoribus irrogatæ perſecutio cuiuis de populo conceditur, nō ſecus, ac ſi in ipſam Rempublicam crimen publicum commiſſum eſſet Bald. *in l. 1. §. huius ſtudii ff. de Iuſtit. & iure & ibi Zas.* Et quod pro iniuria Doctori illata popularis actio competat tradit etiam Bartolus *in d. l. 1. §. ius publicum, & ibi Alex.*

33 Quartum priuilegium eſt, quod † Doctor ratione ſalarii tacitam hypothecam habeat *Bologn. in repet. Auth. habita. C. Ne fil pro patre Ang. in leg. 1. in fin. ff. ſolut. matrim.* vbi traditur: quod, quando duo creditores concurrunt eodem tēpore, ſalarium Doctoris præferatur, veluti dos. Et doctoris cauſam eſſe priuilegiatam, ſicut eſt cauſa dotis, notat Bartolus *in d. leg. 1. ff. ſolut. matrim.* Potiorem autem videri cauſam Doctorum: quia in eis fauor publicus verſetur in communi, eo quod replet terram ſapientibus, refert Petrus de Leſnanderie *in tract.*

de Do-

de Doctorib. & eorum priuileg.p.2.q.17. Sic quoque Doctorum ſtipendia, quoad executionem ſunt priuilegiata, vt ea inuadere non liceat *l ſtipendia C.de execut.rei iudic.l.commodis ff.de re iudic.Coler.p.2. de proceſſ.execut.cap.3.numer.137. & ſeqq.*

Quintum priuilegium eſt; quod, † ſi Doctori ob delictum forte ab eo commiſſum per iudicis ſententiam pœna pecuniaria impoſita ſit, quam propter rei familiaris anguſtiam ſoluere nequit, pœna illa pecuniaria eo caſu in corporalem pœnam commutari non poſſit, ſed ſatius ſit, quod impunitus dimittatur, quam corpus eius vinculis, carcere, vel alia corporali pœna, loco deficientis mulctæ coerceatur, vt eleganter tradidit Couarruuias *lib. 2 var.reſol.cap.9.numer.4.in fin.* cum alias plebeius propter crimen ad pœnam pecuniariam damnatus, ſi propter inopiam ſatisfacere non poſſit, ſuo corpore illam luere cogatur *l.vlt.ff. de in ius voc.l.ſi quis 7.§.3.ff.de iuriſd.l.1.§.fin.ff.de pœn.l.qui ædes 9.de incend.ruin.naufr.l.ob fœnus 49. ff.de adminiſt.&peric.tut.l vlt.in fin.Cod.de ſep.viol. l.quicunque 4.verſ. quod ſi ad prædictam Cod.de ſeru. fugit.l.illicitas §.vlt.de offic.præſ.* Et quidem iuſta ratione ſingulare hocius in Doctoribus conſtitutum eſt: Quoniam ſi doctor non valens ſoluere pœnam pecuniariam in carcerem detruderetur, vel alia coercitione plecteretur, 34

V maio-

An vero dignitas doctoralis poſſit ſpuriis & illegitime natis conferri; à quibuſdam
22 dubitatur. Ego † exiſtimo: ſi neglectis vitiis paternis, re & vita honeſti ſint, & propria virtute effulgeant, hos honores illis denegari nō debere, cum eo caſu nulla macula aſperſi eſſe intelligantur *l. generaliter* §. *ſpurios*, ibi, ceſſantibus vero his, etiam ſpurii ad decurionatum & re & vita honeſti recipientur *ff. de decurionibus. & c. nunquam 56. diſtinct.* vbi Ioannes Chryſoſtomus, natus ex meretrice, inquit, ſi propria virtute decoretur, parentum non dedecoratur opprobriis. Et in *c. Apoſtolica & ſeq. diſt ead.* Quamuis filius ſacerdotis ſit, ſi cæteræ virtutes in eum conueniant, illum non reiicimus, ſed ſuffragantibus meritis ſuſcipimus. Neque certe quis dubitet, quaſi melius ſit natiuitate quidem ſpurium eſſe, ſed virtute & eruditione ſplendere; quam natalium ſplendore fulgere, ſed virtute & eruditione ſpurium eſſe. Et ſi lege aliqua ſpurii à Doctoris gradu non excluduntur, neque hominis erit, eoſdem ea dignitate priuare.

Quin & more recepto videmus eos ad capeſſendum Doctoris gradum admitti Cardinalis Zabarella *in clementina cum ſit num.* 14. *in fin. Extr. de Magiſt. Bonus de Curtili in tract. de nobilit. p.* 7. *num.* 8. Et hanc ſententiam pluribus firmat D. Erneſtus Cothmannus

in com-

in commentario ad librum primum de decurionibus. Tractaui itidem & eg quæſtionem *lib 3. de iuriſd. p. 2. tit. 14. num. 12?. & ſeqq.*

Quæ de Doctoribus traduntur, ea † quoq; in Licentiatis obtinent, ſic namque communiter receptum eſſe Licentiatum † æquiparari Doctori; maxime in fauorabilibus Rol. à Valle *conſ. 11. incip. omiſſis philacteriis n. 19. & ſeq. vol. 2. Middend. lib. 1. de Academ. cap. 7. Petrus de Leſnanderie, in tract. de Doctorib & eor. priuileg. p. 4. quæſt. 3. & quæſt. 98. Andr. Tiraquel. in tract. de legib connubialib. gl. 2. num. 2. Beuſt. in l. ad perſonas egregias 15. num. 11. ff. de iureiur. Pet. Heg. quæſt. 17. num. 23. p. 1. Chriſtoph. Cuppener. ad Auth. Habita. C. ne fil. pro patre pag.* 48. vbi ad hoc etiam allegat Baldum *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* Quia nimirum ſunt in potentia propinqua actui doctorali Tiraquel. & Bald. *d. loc.* non etiam in odioſis; quia in pœnalibus & odioſis, ſermones ſunt ſtricte interpretandi Bald. & Cuppener. *d. loc.* ſed Petrus Rebuffus *in tract. concordatorum tit. de collationibus* §. 1. *verb. Licentiato, pag. mihi* 920. tenuit ex eodem Baldo *in l. 1. Cod. ne filius pro patre.* appellatione Doctoris non venire Licentiatum: & addit; quod Baldus *in dict. l. 1. Digeſt. ſolut. matrimon.* contrarium dicit, illud non eſſe verum, cum ea ratione Licentiati eſſent melioris conditionis quam

23

24

ſed non recte hoc exinde ſimpli- ... ur. Et meminerit, ſemper fauores ampliandos, odia vero reſtringenda *c. odia de reg.iur.in 6.vbi Dyn.* Et quod Licentiatus quoad fauores habeatur pro Doctore, communem eſſe opinionem dicit Petrus de Leſnanderie *d. tract. p.4. quæſt.3.* vbi ergo ex ſtatuto Doctor debet legere & docere, poterit idem etiam facere Licentiatus Pet. de Leſnanderie *d. quæſt. 3. & 98.* ſin vero Epiſcopus excommunicauerit omnes Doctores, non diſputantes, non includuntur Licentiati: quia in pœnalibus & odioſis ſermones ſtricte interpretandi, vti modo dictum. Recte itaque, tanquam in fauoralibus, concluditur, Licentiatos frui Doctorum honoribus, iure, priuilegiis & immunitatibus, quod generali conſuetudine notiſſimum eſt. Reliqua huc ſpectantia de Licentiatis, tractata ſunt à me *lib. 3. de iuriſdict. p. 2. cap. 14. n. 95. & aliquot ſeqq. vſque ad n. 107.*

25 Ergo vti Doctores ita quoque † Licentiati per collationem gradus, conſequuntur nobilitatem politicam ſeu ciuilem Chaſſ. *in Catalogo de gloria mundi p. 8. conſiderat. 10. Bon de Curtili de nobilit. p. 3. nu. 102.* vbi concludit: quod Doctor dicatur Nobilis duplici nobilitate, animi ſcilicet, & politica, ſeu ciuili nobilitate Alex. *conſ. 94. vol. 1.* Cyn. *in l. prouidendum C. de poſtul.* vbi

vbi vterque adhuc plus dicit: quod Doctor dicatur magis nobilis, quam ille qui eſt nobili genere *Boer. ad conſuet. Burgundiæ Rubr.4.§.19.n.* 1. De dignitate Doctoratus eſt textus *in l.nobiliores C.de commercii.l.medicos.C.de profeſſ.& med. Auth. vt liceat matri & auiæ §. quia vero legem, in verb ſtudii dignitatem d.l.prouidendum C.de poſtul. Pancirol. conſ.59. numer.* 61. vbi hoc dicit, communi ſuffragio receptum: Doctores enim quaſi ſplendor firmamenti lucere, & tanquam luminoſæ candelæ, vniuerſis orbis corpus, profligatis errorum tenebris, vel vt ſydus maturinum & ſtellæ, in omnem æternitatem manſuræ irradiare dicuntur *c ſuper ſpecula Ext.de Magiſt. c.ex eo de elect.in 6.* Eleganter Matthias Colerus *in tract de proceſſib execut.p.1.cap 6.numer.130.& ſeqq.* Quin & dignitas Doctoratus emicat ex cauſa nobiliſſima, Imperatoria ſcilicet maieſtate omnium celſiſſima. Quippe quod ſolus Imperator inſignia & dignitatem Doctorum conferre poteſt: à quo tanquam à riuulo & fonte omnes dignitates proficiſcuntur *Riminald.conſ.5.num.93.Bolog.in d. Auth.Habita.C. Ne filius pro patre.* Item quòd promotus Doctor † 26
ob crimen aliquod capitaliter condemnatus, non poſſit vltimo ſupplicio affici, niſi prius degradatus ſiue dignitate priuatus fuerit: Nemo enim mori debet in dignitate *Matheſilan ſingul. 59.num.9.* Non autem degradatione opus eſ-

bilitatẽm ex maioribus. At præſtat propria virtute præditum eſſe, quam à maioribus ſibi nobilitatem vendicare: quippe quod ex genere nobilis præſumptione quis duntaxat ſit nobilis *arg. l. quod ſi nolit §. quia aßidua ff. de ædilit. edict.* & fortior ſit dignitas quam quis habet per ſe, præ illa, quam quis habet per alium *arg. leg. 1. & 2. ff de offic. proconſ. Tiraquell. in tract. de nobilit. capit. 5. num. 5. & 6.* Et ſi magnificat atq; honoretur nobilitas propter virtutis præſumptionem, certe virtus omni nobilitate pręſtantior iudicetur *Simon. Simonius in tract. de Nobilit. cap. 14.*

Secus tamen eſt, ſi Doctor conferatur cum Nobili & Doctore ſimul: Eiuſmodi enim Nobilis † regulariter præfertur Doctori tantum. 28 Tralatitium enim eſt, quod duplici dignitate cohoneſtatus præferatur ei, qui alteram habet *leg. 1. Cod. de ſilentiariis lib. 12. leg. 1. verſicul. Sed compendium Codic. de primicerio, d. lib. 12. l. maior dignitas 3. Codic. de dignitatibus lib. 12.* item quod duo vincula plus ligent, quam vnum *§. ſed hodie 2. verſicul. quia autem concurrunt Inſtitut. de Adopt. §. adfinitatis 6. verſiculo nam ſi adhuc Inſtitution. de nuptiis.* at in Nobili & Doctore ſunt duo vincula, in Doctore tantum, duntaxat vnum. Et hinc quoque colligitur: Quod Doctor vtriuſq; iuris, ponti-

ficii

ficii ſcilicet & Cæſarei, anteponatur ei qui vnius tantum facultatis laurea donatus eſt *Chaſſ. in Catalogo gloriæ mundi p. 8. conſiderat. 27. §. faciunt.* Item, quod Doctor, natus ex Doctore: præferatur Doctori ex ciue non Doctore, nato: Item, quod filius Doctoris, præferatur filio ciuis non Doctoris *l. iubemus 3. verſic. filios aduocatorum extraneis, ad idem officium accedentibus, anteponi Cod. de aduocat. diuerſ. iudic. l. nemini 11. §. non aliter 1. verſic. filios autem Cod de Aduoc. diuerſ. iudiciorum. Tiber. Decian. reſp. 19. Quanquam nu. 129. vol. 3.* Duæ enim cauſæ exuperant vnam *Auth. de conſang. & vterinis fratrib c. quia igitur 1. §. plurima 2. verſ. præponi iis Nou. 84.* & duæ rationes vincunt vnam *Auth. ceſſante Cod. de legit. hered.* De Nobilibus & Doctoribus ſimul eſt in Receſſu Imperij Anno 1500. Auguſtæ habito §. Item die vom Adel / & §. Item die vom Adel ſo Ritter oder Doctor ſeynd.

Nobilis itaque & Doctor ſimul præfertur Doctori tantum. Quod verum eſt regulariter.
29 Nam ſi † Doctor tantum, in honoratiori & digniori loco & munere à Principe ob inſignẽ virtutem ſuam conſtitutus eſſet: forte quod eſſet Cancellarius, vel director iudicij, & contra ille qui nobilis & Doctor ſimul, inferiori munere fungeretur, certe quis negaret illum hinc præferendum eſſe? Reformatio guter Policey zu Augſpurg Anno 1530. auffgericht

tit.

tit. vom Adel §. 1. ibi, vnd ſo einer eines Fürſten Hoffmeiſter/ Cantzler/ Marſchalck oder Raht/ vnnd doch nicht vom Adel were/ der mag ſich denen von Adel/ wie obgemelt/ gleich tragen/ Reformation guter Policey de Anno 1548. zu Augſpurg auffgericht/ vbi idem repetitur. *fac.* §. 5. *Inſtitut. Quib. mod. mod. ius pat. poteſt ſolu. & l. quiſquis Cod. ad L. Iul. Maieſt.* Quod ſi vero Nobilis præ Doctore in officio honoratiori & digniori conſtitutus, ſecus eſt.

At ſi nobilis neque †aliquo munere à Prin- 30
cipe honoratus, neque bonis literis vel etiam bonis moribus tinctus, eum non dixerim præferendum, ſed poſtponendum Doctori: de quo caſu ſuperius dictum §. *primo loco.* Nam

Stemmata quid faciunt, quid prodeſt Pontice longo
Sanguine cenſeri, pictoſque oſtendere vultus
Maiorum, & ſtantes in curribus Aemilianos?
Quis fructus generis tabula iactare capaci
Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros?
Si coram Lepidis male viuitur. Quin:
Et genus & proauos & quæ non fecimus ipſi
Vix ea noſtra puto.

Recte ideo pigro cuidam militi, ſtrenuo patre nato, ſtipendia petenti paternis æqualia reſpōdit Antigonus: Pro fortitudine propria, nō pro paterna militibus præmia diſtribui.

Laus eſt creari ſplendidis maioribus:
Sed iſta laus eſt ſortis arbitrariæ.

Nec

Nec tam decorum genere prognaſci bono,
Quam turpe auorum gloriam indecentibus
Fœdare factis, obruiſſe ignauia.

Propterea tales non præmio virtutis digni, vt bene meritis & Doctoribus anteferantur, ſed potius pœna digni, quod ipſi in cute perditi, & ſuo exemplo Rempublicam perdant *Cic.lib.3.de legib.* Late de prælatione Doctorum & Nobilium tractat Tiraq. *in tract. de Nobilit.d. capit.5.* & Lauterbachius *in tract. de armis & literis.*

31 Secundum priuilegium eſt, quod Doctores tanquam Nobiles & in dignitate conſtituti, eminentiore loco præ aliis ſedere debent. Hinc diui Imperatores reſcripſerunt, Doctores ad Magiſtratum vel iudicem venientes, non ſtare, ſed apud ipſum Magiſtratum vel iudicem ſedere debere: Pœna ternarum librarum auri aduerſus iudicem conſtituta, qui hanc ſedendi facultatem illis denegauerit *text. in l. fin. Codic. de offic. diu. iudic.* vbi etiam illud in fauorem Aduocatorum additum eſt, pœnam eandem mereri, qui Aduocatum decenti & honorifica ſalutatione non exceperit. Licitum etiam eſt legum Doctoribus Aduocatis ingredi quandocunque volunt auditorium Principis, & ibidem Actorum ſecreta inſpicere. Dignitati enim in omnibus quæ reuerentiam concernunt deferendum eſt *l. fin. §. ſedendi. Codic.*

vbi

vbi ſitat. leg. ſecund. §. fin. Codic. de offic. diu. iudic.

Hinc eſt, ſi quis alicui Doctori tenetur reddere rationem, quod ipſe Doctorem accedere, non autem Doctor ipſum ſequi tenetur *leg. pen. §. fin. de condit. & demonſtrat. Chaſſ. in catalogo gloriæ mundi p.* 8. Item, quod Doctor non debeat nec poſſit domo ſua euocari, ad teſtimonium dicendum vel iuſiurandum præſtandum: Sed quod iudex neceſſe habet ad eum mittere quempiam, qui domi ſuæ ab eo teſtimonium vel iuſiurandum recipiat: quia eſt egregia perſona *leg. ad egregias ff. de iureiur. Chaſſ. d. p.* 8. *conſiderat.* 38. habens dignitatem *c. quanto. Ext. de Magiſtr. l. medicos Codic. de profeſſ. Villalob. in verb. Doctoratus.*

Idque vel maxime obtinet, ſi Doctor nitatur duplici vinculo: vt quia eſt Cancellarius, vel profeſſor in vniuerſitate: hi enim Doctores inter valde egregias perſonas numerantur *Rutger Ruland. in tract. de commiſſ. & commiſſionibus, p.* 2. *lib.* 2. *capit.* 5. *numer.* 13. Vbi idem tradit obtinere in Licentiatis: itemque in Aduocatis & Procuratoribus, nimirum, ſtante ſtatuto, quod ad Doctores debeat mitti, eos domi examinandos eſſe: de communi vero conſuetudine vna cum aliis teſtibus, exceptionibus non obſtantibus recte citari. *d. nu.* 13. 14. 15. *&* 2. *ſeqq.*

Tertium

de Doctorib. & eorum priuileg.p.2.q.17. Sic quoque Doctorum ſtipendia, quoad executionem ſunt priuilegiata, vt ea inuadere non liceat *l ſtipendia C.de execut.rei iudic.l.commodis ff.de re iudic.Coler.p.2. de proceſſ. execut.cap.3.numer.137. & ſeqq.*

Quintum priuilegium eſt; quod, † ſi Doctori ob delictum forte ab eo commiſſum per iudicis ſententiam pœna pecuniaria impoſita ſit, quam propter rei familiaris anguſtiam ſoluere nequit, pœna illa pecuniaria eo caſu in corporalem pœnam commutari non poſſit, ſed ſatius ſit, quod impunitus dimittatur, quam corpus eius vinculis, carcere, vel alia corporali pœna, loco deficientis mulctæ coerceatur, vt eleganter tradidit Couarruuias *lib. 2 var.reſol.cap.9.numer.4.in fin.* cum alias plebeius propter crimen ad pœnam pecuniariam damnatus, ſi propter inopiam ſatisfacere non poſſit, ſuo corpore illam luere cogatur *l.vlt.ff. de in ius voc.l.ſi quis 7.§.3.ff.de iuriſd.l.1.§.fin.ff.de pœn.l.qui ædes 9.de incend.ruin.naufr.l.ob fœnus 49. ff.de adminiſt.&peric.tut.l vlt.in fin.Cod.de ſep.viol. l.quicunque 4.verſ. quod ſi ad prædictam Cod.de ſeru. fugit.l.illicitas §.vlt.de offic.præſ.* Et quidem iuſta ratione ſingulare hoc ius in Doctoribus conſtitutum eſt: Quoniam ſi doctor non valens ſoluere pœnam pecuniariam in carcerem detruderetur, vel alia coercitione plecteretur, 34

V maio-

maiorem pœnam, quam pro delicti qualitate meruit, ſuſtineret: quod ſatis foret iniquum *cap. vt afferamus* 24. *quæſtio.* 5. *Auth. omnes peregrini Codic. comm. de ſucceſſ l. perſpiciendum* 11. *de pœn. l. ſancimus. Cod. eod.* quia in perſona Doctore vel nobili omnis pœna corporalis, quamuis leuiuſcula grauior eſt quauis pœna pecuniaria, etiam maxima *l. in ſeruorum. in fin. ff. de pœn. leg. leuia crimina. ff. de accuſat. Pruckman. in tractat. de regalibus.* §. *venatio, num.* 58. *cum ibi notat.*

35 Sextum Priuilegium eſt, † quod Doctores omni addictionis & carceris periculo vacant, etiamſi æri alieno diſſoluendo propter inopiam ſufficientes non ſint, neque bonis cedant *l. medicos Codic. de profeſſ. & ibi Ioh. de Plat. Matheſil. in ſuis ſingularib. ſingul.* 59. *verb. nota, quod legum Doctores. Paris de puteo in tr. Syndicatus verb. an Doctor. numer.* 5. *Brun. in tractat. de ceſſ. bon.* 10. *quæſtio. princip. numer.* 3. *& poſt hos Coler. de proceſſ. execut. p.* 1. *capit.* 6. *numer.* 129. *& ſeqq.*

Cum alias vnuſquiſque ex contractu vero vel quaſi alteri obligatus, ſi propter inopiam creditori ſuo ſatisfacere non poteſt, eo poſtulante, in carcerem coniiciendus eſt *leg.* 3. §. *tutores ff. de ſuſp. tut. l.* 1. *& Auth. ſeq. Codic. de offic. diuerſ. iudic. l. nemo carcerem Codic. de exact. tribut.* niſi debitor ad remedium ceſſionis bonorum

norum confugere velit, cuius remedii commiſeratione digni vſurpatione debitor carcerem euitat. *leg. 4. ff. qui bon. ced. leg. 1. Cod de eod.* Doctores autem propter ſummam dignitatem omni addictionis & carceris periculo vacant. Et generaliter ſancitum eſt, quod perſonæ in egregia dignitate conſtitutæ, veluti ſunt Nobiles & Doctores, exigi nequeant, niſi in quantum facere poſſunt. *Coler. d. loc. num. 129. & ſeqq.*

Sic, quod ſeptimi Priuilegii loco erit † 36 quamuis in delictis ita iure conſtitutũ ſit, vt omnes de crimine capitali ſuſpecti, ne aufugiendo ſe pœnæ ſubtrahant, in carcerem detrudi, vinculis conſtringi, & ad condemnationem vſque & vltimum ſupplicium, in carcere detineri debeant *tot. tit. de cuſtod. reor.* Secus tamen eſt in Doctore, vt qui criminis ſuſpectus datis fideiuſſoribus, vel iurato promittendo, de iudicio ſiſti, etiam vbi agitur de pœna capitis, carcere relaxandus eſt, *leg. quoties Codic. de dignit. leg. 1. de cuſtod. reor.* & loco carceris, ex arbitrio iudicis, vel ciuitas, vel hoſpitium, vel palatium, vel domus certa cum cuſtodia militum ei aſſignanda, vel etiam remota omni cuſtodia certum in locum arreſto conſtringendus eſt. Tiraquell. *de nobilit. capit. 20. num. 28. & ſeqq. Coler. de proceſſ. execut. p. 2. capit. 3. numer. 169. Farin. in prax.*

crimin.lib.1.tit.4.q.33.n.60.& ſeqq.Pruckm.conſ.2. num.331.

37 Octauum priuilegium eſt: quod † Doctor, quantumuis de crimine ſuſpectus, & legitimis indiciis grauatus, tormentis tamen & quæſtionibus ſubiici non poſſit nec debeat *arg. l. nec milites Codic. de quæſt.* vbi conſtitutum eſt, ne miles torqueatur. Cum itaque Doctores fruantur priuilegiis nobilium, iuſta conſequentia infertur, quæſtionem de Doctoribus etiam ſumendam non eſſe. *Farin.lib.1.de tortura.tit.5.quæſtio.39.nume.38. Gometz.3.var.reſolut. capit.13.numer.3.verſ. item reperitur prohibitus Doctor, Clar.§.fin.quæſt.46.numer.16.* vbi ita omnes tenere ſcribit: & idipſum frequens eſſe Doctorum placitum, teſtis eſt Soaretz *in recept. ſent. lit. D. num. 102.* Et generaliter conſtat, neminem egregia dignitate præditum, vtcumque alicuius criminis inſimulatus ſit, torqueri poſſe. *leg. ſeueram Codic. de dignit. l. Diuo Martio Codic. de quæſtio.* Quod autem Doctores inter egregias perſonas numerentur, probatur *arg l. 2. in fin.* vbi Vlpianus vocatur egregius *ff. qui pet. tut. Menoch. lib. 2. de arbit. iud. quæſtio. cent. 1. caſu 70. numer. 9* Et hoc priuilegium Doctoribus etiam actu non legentibus, ſed aduocationibus operam nauantibus competit: imo etiam depoſito Aduocationis officio, nimirum in honorem priſtinæ dignitatis *Hipp. de Marſil. in pract.*

pract.crimin.§ expedita n.37.Farinac.d.lib.1.tit.5. quæſt. 41 num.40.Carer.in pract.crim. 2.tract.de indic. & tort. §. circa tertium. quin amplius, huius priuilegii participes etiam cenſentur eſſe imperiti Doctores, ne Doctoratus dignitas dehoneſtetur, cæteriſque eiuſdem ordinis iniuria inferatur *Farinac. lib. 1. tit. 5. quæſtio. 39. n. 41.* Præterea non tantum torqueri non poteſt Doctor, ſed † nec etiam terreri. Datum enim 48 eſt Doctoribus priuilegium hoc ne torqueri poſſint, ideo potiſſimum, ne dignitati per torturam infamiæ macula inuratur, & gradus dehoneſtet *Gometz 3.var.reſol.c.13. de tort.reor. n.43.* Vnde concluditur, territionem æque ac ipſam torturam à Doctorib.remouēdam eſſe. *Farin. d. quæſtio.41.num.109.* Terreri quis dicitur, per ſpoliationem, ligationem, deductionem ad locum torturæ, & funi applicationem. Nec diſtinguendum eſt in priuilegio hoc de non torquendis Doctoribus, an Doctor deliquerit circa ea, quæ officium Doctoris concernunt, veluti ſi perperam aduocando præuaricationis, vel colluſionis crimen admiſiſſe dicatur, an vero extra officium ſuum.

Quamuis enim Boſſius in tit. de iudic. tradat, Priuilegium de non torquendis priori caſu, quando nimirum Doctor arguitur deliquiſſe circa officium ſuum, non obtinere: Il-

lud tamen ratione caret, vt probat Vulpellius *conſ.41.in fin.*

39 Nonum Priuilegium eſt, quod † Doctores in delictis pœnam corporalem exigentib. mitius plectantur quam plebei: licet in delictis pecuniaria pœna coercendis, durius puniantur nobiles quam plebei *gl. in c.cum quidam* 12. *verb.dignitate. Ext.de iureiur.Clar.§ fin.9.24. Couar. 2.var.reſolut.cap.9.num.3.l. aut facta §.perſona ff. de pœn. l. ſacrilegii pœnam.in pr. §. 1. ad L. Cornel. de Sicar.* Vnde illud eſt, quod Doctor ſiue nobilis propter furtum vel aliud crimen ſuſpendio dignum, non laqueo ſed ferro è medio tollendus eſt *l. Capitalium §. non omnes ff. de pœn.* quod vſu obſeruari teſtatur Clarus *in d.§. fin.quæſt.60.num.24.*

40 Decimum priuilegium eſt, † quod ex dignitate gradus Doctorei, Doctoribus, plus fidei, quam plebeio tribuendum *l. 3. in pr. ff. de teſtib. Nou.90.cap* 1. Quod ſi itaque duo ſaltem Doctores teſtes ſunt ex vna parte, illi præferendi ſunt tribus teſtibus ex alia parte, contrarium deponentibus *text. & gl. in c. in veſtra præſentia Ext. de teſtib.* Dignitas enim maiorem fidei præſumptionem habere dicitur *d. Nou. 69. capite* 1.

Ex quo vndecimum Priuilegium reſultat,
41 quod † Doctori, quamuis vnico teſti atteſtanti de peritia ſui diſcipuli, plena fides tribuatur *l.*

tur *l. nemini Codic. de aduoc. diu. iud.* vbi Baldus addit illud priuilegium quod Doctor in caſu ſui Scholaris non debet reputari ſuſpectus teſtis.

Præterea præſumptioni veritatis & fidei in Doctoribus, accedit vicina præſumptio, quod præ cæteris bonus & honeſtus eſſe præſumitur: Cui præſumptioni conſentaneum † eſt 42
ſi tres tantum perſonæ, videlicet Doctor, & duo alii in conclaui ſimul congregati fuerint, & alter ex illis non Doctoribus occiſus eſt, quod præſumatur homicidium iſtud non à Doctore, ſed ab altero non Doctore commiſſum eſſe *Bologn. in Auth. Habita C. Ne fil. pro patre, num.* 37.

Huc ſpectat & illud quod † etiam vnius 43
Doctoris pro victo reſpondentis conſilium iuſtam litigandi cauſam præbeat *Gail.* 3. *obſ. numer.* 6, nam cum Doctores habeant authoritatem interpretandi leges, & ſint eorum opiniones probabiles, *vt dicit gloſſa in leg.* 1. *de legibus,* non mirum, ſi alicuius boni & approbati Doctoris opinioni confidens, excuſetur ab expenſis *Pacian. de probat. lib.* 2. *capit.* 41. *numer.* 156. Sed cum Doctoris & Iureconſulti titulus nummis etiam in Academiis, proh dolor, comparari obtinerique poteſt, *vt ait Mynſingerus in* §. *reſponſa prudentium numer.* 5. *Inſt. de iure nat. gent. & Ciu.* & Doctorellorum infinitus

e[illegible]etus, *vt loquitur Purpuratus in l. 1. numer. 455.* [illegible]*e offic. eius cui mand.* Idcirco ita rem tempe[illegible]dam cenſeo, vt prædicta opinio obtineat, ſi videlicet in Doctore conſulente coniuncta ſit eruditio & ſcientia iuris, de qua cõſtare poteſt, vt videtur velle Fulgoſius *in l. iuris ignorantia C. qui admitt.*

44 Duodecimum priuilegium eſt, † quod Doctor teſtimoniis, vel iuriſiurandi præſtãdi cauſa domo ad tribunal euocare non debeat, ſed iudex neceſſe habeat quempiam ad Doctorem mittere, qui teſtimonium vel iuſiurãdum domi ab eo recipiat *l. ad perſonas egregias 15. ff. de iurei. Menoch. li. 2. de arbit. iud. q. cent. 1. caſu 70. n. 9.* Quin amplius Doctor non debet verbo in ius vocari, ſed ſcriptura *l. quotiens C. de dignit. lib. 12. Pet. de Leſnand. p. 2. quæſt. 2.* nec perſonaliter capi aut incarcerari *Leſnand. d. loc. quæſt. 3.* Imo nec filius Doctoris poteſt pro debito incarcerari *Leſnanderie d. loc. quæſt. 11. & quæſt. 11.* vbi addit, Doctoris filium debere gratis promoueri *per gl. in l. iubemus C. de aduoc. diu. iudi.*

45 Decimo tertio illud Priuilegium † Doctores habent, quod, quando Doctor cum ſuis fratribus diuiſionem hereditatis iniuit, inſtrumentorum & documentorum hereditariorum cuſtodia ei, tanquam digniori, præ cæteris, committenda ſit *arg. l. fin. de fide inſtrum. Bologn. in d. auth. Habita n. 59.*

De-

Decimo quarto Priuilegium eſt, † quod 46
Doctores in illa ciuitate, in qua Imperator ceu hoſpes moratur, vehiculis vti poſſint, quod aliis plebeis in illa ciuitate tunc denegatum eſt *l.1.C. de honorat. vehic. lib.11. Pacian. lib.2. de probat. cap.41. n.152.*

Decimum quintum Priuilegium eſt, † quod 47
Doctores propter eximiam, qua præditi ſunt, nobilitatis dignitatem, cum aliis in officii vel honoris petitione concurrentes in electionibus, cæteris anteponi debeant *Nou.15. cap.1. & cap.6. in fin.* Non enim ſecundum numerum ſiue ordinem, ſed ſecundum hominum qualitatem ſeu dignitatem officia ſunt conferenda *l honores in princ. §. is qui ff. de decur.* Hinc eſt, quod votis diſcrepantibus, numero tamen æqualibus, in electionibus ad honores & officia, præferuntur illorum vota, qui in dignitate conſtituti calculum adiecerunt *arg. l. maiorem 8. ibi, qui dignitate inter eos præcellit ff. de pact. vbi Iaſ. Chaſſ. d.p.8. conſiderat.36. Bologn. in l. iubemus C. de aduoc. diu. iud.* vbi notat Doctorum filios præ cæteris competitoribus promouendos eſſe; neque eos teneri aliquid ſoluere pro examine, & debere magis ad lecturam aſſumi, præ aliis, ſi ſint æqualis ſcientiæ.

Decimo ſexto illud Priuilegium † Docto- 48
ribus ratione dignitatis conuenit, quod arma geſtare licite poſſint quouis loco & tempore;

V 5 quod

e[illegible]erus, *vt loquitur Purpuratus in l. 1. numer. 455. [illegible] e offic. eius cui mand.* Idcirco ita rem tempe[illegible]dam cenſeo, vt prædicta opinio obtineat, ſi videlicet in Doctore conſulente coniuncta ſit eruditio & ſcientia iuris, de qua cōſtare poteſt, vt videtur velle Fulgoſius *in l. iuris ignorantia C. qui admitt.*

44 Duodecimum priuilegium eſt, † quod Doctor teſtimoniis, vel iuriſiurandi præſtādi cauſa domo ad tribunal euocare non debeat, ſed iudex neceſſe habeat quempiam ad Doctorem mittere, qui teſtimonium vel iuſiurādum domi ab eo recipiat *l. ad perſonas egregias* 15. *ff. de iurei. Menoch. li. 2. de arbit. iud. q. cent. 1. caſu 70. n. 9.* Quin amplius Doctor non debet verbo in ius vocari, ſed ſcriptura *l. quotiens C. de dignit. lib. 12. Pet. de Leſnand. p. 2. quæſt. 2.* nec perſonaliter capi aut incarcerari *Leſuand. d. loc. quæſt. 3.* Imo nec filius Doctoris poteſt pro debito incarcerari *Leſnanderie d. loc. quæſt. 11. & quæſt. 11.* vbi addit, Doctoris filium debere gratis promoueri *per gl. in l. iubemus C. de aduoc. diu. iudi.*

45 Decimo tertio illud Priuilegium † Doctores habent, quod, quando Doctor cum ſuis fratribus diuiſionem hereditatis iniuit, inſtrumentorum & documentorum hereditariorum cuſtodia ei, tanquam digniori, præ cæteris, committenda ſit *arg. l. fin. de fide inſtrum. Bologn. in d. auth. Habita n. 59.*

De-

Decimo quarto Priuilegium eſt, † quod 46
Doctores in illa ciuitate, in qua Imperator ceu hoſpes moratur, vehiculis vti poſſint, quod aliis plebeis in illa ciuitate tunc denegatum eſt *l.1.C. de honorat. vehic. lib.11. Pacian. lib.2. de probat. cap.41. n.152.*

Decimum quintum Priuilegium eſt, † quod 47
Doctores propter eximiam, qua prædití ſunt, nobilitatis dignitatem, cum aliis in officii vel honoris petitione concurrentes in electionibus, cæteris anteponi debeant *Nou.15. cap.1. & cap.6. in fin.* Non enim ſecundum numerum ſuæ ordinem, ſed ſecundum hominum qualitatem ſeu dignitatem officia ſunt conferenda *l. honores in princ. §. is qui ff. de decur.* Hinc eſt, quod votis diſcrepantibus, numero tamen æqualibus, in electionibus ad honores & officia, præferuntur illorum vota, qui in dignitate conſtituti calculum adiecerunt *arg. l. maiorem 8. ibi, qui dignitate inter eos præcellit ff. de pact. vbi Iaſ. Chaſſ. d. p.8. conſiderat.36. Bologn. in l. iubemus C. de aduoc. diu. iud.* vbi notat Doctorum filios præ cæteris competitoribus promouendos eſſe; neque eos teneri aliquid ſoluere pro examine, & debere magis ad lecturam aſſumi, præ aliis, ſi ſint æqualis ſcientiæ.

Decimo ſexto illud Priuilegium † Docto- 48
ribus ratione dignitatis conuenit, quod arma geſtare licite poſſint quouis loco & tempore;

quod & in Doctorum filiis atque miniſtris obtinet *arg.l.fin.C.de præpoſ.ſacri cubic. li.*12.Bar. *in l.medicos* C *de profeſſ.& med.lib.*10. Cum alias armorũ geſtatio iure ciuili regulariter omnibus eſt prohibita, niſi quis peregre proficiſcẽs vel alias ſui defendendi cauſa, vſu armorũ op⁹ habeat *l.*1.*& tot.tit.C.vt armorum vſus.* ne nimirum tumultibus & homicidiis detur occaſio. Et quidem lex illa, ex qua deducitur, geſtationem armorũ Doctoribus permiſſam eſſe, generalis eſt, & ideo generaliter de Doctoribus intelligi debet, non tantum in Academiis actu profitentibus, verũ etiã Aduocatis, qui & ipſi militare dicuntur *l.Aduocati* 14.*Cod.de aduoc.diu. iud.* Guido Papæ *deciſ.*88. Natta *conſ.*1.*in pr.vol.* 1.Dec.*lib.*8.*cap.*3.*per tot.in pract.crim.*

49 Decimum ſeptimũ Priuilegium eſt, † quod Doctores & præceptores à ſuis diſcipulis non poſſunt inuiti in ius vocari, neq; famoſa actione aliqua cõueniri: quia præceptor loco patris habetur *l.aut facta* 16.§.2.*ibi.à magiſtro vel parente ff.de pœn.l.*1.*in fine C.de excuſat. artif.* Pacian. *de probat.lib.*2 *cap.*4.*n.*

50 Ex eodem capite deſcendit, quod † Scholares & diſcipuli teneantur alimenta præſtare egentibus Doctoribus ſiue Præceptoribus; Idque exẽplo Sabini, qui, cũ amplæ facultates ei non eſſent, plurimũ à ſuis auditoribus ſuſtẽtatus eſt.*l.*2.*fin.de orig.iur.Ludou. Roman.ſing.*139.

Deci-

Decimum octauum Priuilegium eſt,† quod Doctores ab omnibus oneribus perſonalibus & patrimonialibus, immunes ſint *l medic 6.C, de profeſſ.& Med.*Guid.Pap.*deciſ.*80. *& deciſ.* 388. Quod priuilegiũ habent, non tantũ actu docentes Doctores, ſed etiã Aduocati & cauſarũ patroni *l ſanc. 6.C.de adu. diu.iud.* Rol.à Val.*cõſ. 66.n.36.lib.1.Menoch.lib.2.de arb.iud.quæſt.cent.4, qu.379 n.3.& ſeqq.* Neq; tãtũ in ciuitate in qua profitētur huius priuilegii immunitatis participes ſunt, verũ etiam in patria ſua, ſi extra eã aliis in locis profeſſionis vel aduocationis munere funguntur *l.eos in pr.ff.de vacat.* Etſi enim in patria non docent, illorũ tamen excellenti doctrina, & præclara docendi induſtria; quamuis in extraneis Gymnaſiis præſtita, patria clareſcit, aliaſq; non contēnendas ſępius ſentit vtilitates; Nã illuſtriũ Doctorum ſcientia, & aliorum peritorum in quacumq; liberali diſciplina peritia atq; excellentia, adeo illuſtrauit ciuitates vnde nati ſunt, vt reperiatur traditum; ſæpe duces exercituũ pepercisse illis, propter memoriã illarum ciuitatũ vt refert Oddo Sfortia *p. 1.quæſt.7.artic.14.n.124. de reſtit.in integ.*

Decimum nonum Priuilegium eſt, † quod 5[illegible] Doctor ipſo iure efficitur ciuis illius ciuitatis, vbi profitetur *arg l.municeps 23.in fin.* vbi Bar.& Alex.*ff ad munic.p.*idq; intelligendũ eſt, quoad ea, q̃ cõmodũ adferũt; q̃a inducta in fauorē, nõ

debent

a habitatione dimiſſa, de alia cogitare, vel operas ſuas in iſta vicinia omittere.

Vigeſimum primum Priuilegium † eſt, 54 quod Doctores dignitatem quæſitam & priuilegia transferant ad vxores, adeo vt eadem etiam durent marito mortuo, quo vſque in viduitate perſiſtit. Bart. *in l. ſi poſt mortem* §. *fin. ff. de bon. poſſ. cont. tab. Pet. de Leſnanderie p. 2. quæſt.* 13. Et ſic Carolus V. in Comitiis Auguſtanis de anno 1548. itemque Rudolphus Secundus in Comitiis Francofurtenſibus, de anno 1577. Doctoribus, eorundemque vxoribus facultatem dedit, veſtimenta, ornamenta, & aureas catenas, annuloſque, iuxta dignitatem & priuilegia ſua gerendi: quod tamen non indiſtincte omnibus, imo aurea catena, ne Nobilibus quidem ex ſtirpe, niſi cum hac moderatione geſtandâ permittitur, **daß ſolche Ketten nicht vber 200 fl. werth/ die ſie doch mit einẽ Schnürlein vmbwinden / oder durchziehen ſollen/ wie von Alters herkommen**/ vt ſcilicet catena, qua exornari velint, filo quodam quaſi circumueſtita ducentorum florenorum æſtimationem non excedat.

Huc referendum quoque eſt, † quod ad di- 55 gnitatem Aſſeſſoratus Cameræ Imperialis ſolummodo progenie Nobiles, vel alii progenie non nobiles, propter iuris tamen ſcientiam gradu dignitatis inſigniti eligi poſſunt, *iuxta*

iuxta ordinat.Cam.3.part.1.§. deßgleichen ſollen die Beyſitzer/ꝛc.

56 Vigeſimum ſecundum priuilegium † eſt, quod Doctoribus permiſſum eſt, etiam ſine ſpeciali Imperatoris conceſſione, nobilium inſignia cum apertis galeis, Wappen mit offnem Helm vnd Schildt / gerere & vſurpare, dummodo ab inſignibus certæ familiæ propriis abſtineant, Chaſſ.1.*part.Catal.gloriæ mundi concluſ.* 20. Quod alias ignobilibus ſiue plebeis propria authoritate & ſine permiſſu Imperatoris non licet *arg. l. eos qui* 27. *§. vltim. Digeſt. ad L. Cornel. de falſ. & ibi Bartol.*

57 Vigeſimum tertium priuilegium † eſt, quod Doctores, qui viginti annos in publicis Vniuerſitatibus ſiue Academiis publice docuerunt, Illuſtres efficiantur *arg. l. vnica Cod.de profeſſ.qui in vrbe, &c.* Hinc Iuſtinianus Theophilum, Dorotheum, & cæteros iuris compilatores vocat Anteceſſores illuſtres. Anteceſſorum autem appellatione Profeſſores iuris eo in loco intelligi, conſtat ex *l. 2. §.quæ omnia C.de vet.iur.enucl.Coler.de proceſſ.execut.p.1.cap.6. num.*133.

58 Alias, vt obiter hoc addam, † Anteceſſor quoque vulgo dicitur prædeceſſor, ſiue qui in munere ſiue tempore prior fuit altero: quo perti-

…inet, quod Iuriſconſultus Paulus reſpondit: Edictum, quod ab anteceſſore datum eſt, in numero trium edictorum connumerari debet. Plane licet omnis ab anteceſſore, numerus finitus ſit, ſolet ſucceſſor vnum edictum dare *l. edictum* 55. *ff. de iudic.*

59 Cum autem Doctores qui per † viginti annos docuerunt, illuſtrem dignitatem adipiſcantur, & illuſtres reputentur; exinde concludendum eſt, iiſdem etiam beneficia & priuilegia illuſtribus perſonis competentia merito iure tribui, erit itaque liberum eiuſmodi Doctori tanquam illuſtri perſonæ in cauſis criminalibus per procuratorem agere vel ſe defendere *l. fin. C. de iniur.* & ad tutelam pupillorum vocati non tenebuntur ſatisdare *arg. l. quoties* 17. *C. de dignit lib.* 12. *l.* 3. §. *ſciendum ff. ſi cui plus quam per leg. Flacid.* Gabr. *lib.* 5. *tit. de vſufructu concl.* 1. *n.* 46.

Poterunt itidem iudicis officio fungentes per alios legere ſuas ſententias *l.* 1. *Cod de ſent. peric. recit.* Non poterunt citari niſi per literas *l. quoties in fin. Cod. de dignit. lib.* 12. Felin. *in c.* 2 *de iudic.* non tenentur ſatisdate, ſed ſtatur eorum promiſſioni ſi conueniantur, tam criminaliter quam ciuiliter *l. quoties in princip. Cod. de dignit.* excuſabuntur à tutela & cura etiam iam ſuſcepta *l. ſpadonem paraphr.* ſcire

§.ſcire verſ.ſi autem quis ff.de excuſat.tut.l iuriſperi tos in pr.ff.eod.l.verum §.ex facto ff.de minorib. liberabuntur à patria poteſtáte *arg. §. filiusfamilias Inſt.quib.mod.ius pat.poteſt.ſolu.* Hæc enim & ſimilia alia illuſtribus perſonis competunt.

60 Vigeſimo quarto loco † illud reponendum eſt, quod maritus aduerſus Doctorem in adulterio deprehenſum priuata authoritate & vindicta inſurgere non poſſit, ſed magiſtratus vltioni crimen iſtud relinquendum eſſe *gl.in l. Grachus C.ad L Iul.de adult.* quod ſecus eſt in vili adultero, quem impune necare poteſt *l.marito quoque ff.ad L. Iul.de adult.*

61 Vigeſimum quintum Priuilegium † eſt, quod per naturales liberos non excludatur ſubſtitutus, quando teſtator erat nobilis vel Doctor. Pone itaque quod teſtator filio hæredi inſtituto, extraneum ſub hac conditione ſubſtituit, ſi filius ſine liberis non modo legitime natis, ſed etiam naturalibus ex eodem filio, tempore mortis eius exiſtentibus, deficit conditio, & ſubſtitutus excluditur *l.fin.ff.de iure delib.l.cum pater §.volo l.Lucius §.fin.de leg.2.* At hæc iuris communis diſpoſitio, in Doctore, qui ſub conditione, ſi ſine liberis, ſubſtituit, officium ſuum perdit *l.ex facto §.ſi quis rogatus ff ad SC.Trebell.Rol.à Valle conſil.67.n.8. & 9. vol.* 3. Ex quo Bartolus & alii volunt; quando ſubſtituens ſub conditione, ſi ſine liberis, nobilis

vel in

vel in dignitate conſtitutus eſt, adeo vt verecundia ei eſſet, quod bona ſua peruenirent ad naturales vel baſtardos, hac in ſpecie, conditionem ſubſtitutionis, propter exiſtentiam liberorum naturalium non deficere, & per conſequens, excluſis naturalibus ſubſtituto locum eſſe.

Vigeſimum ſextum priuilegium eſt, † quod 62
competit Doctoribus in factione Teſtamenti. Varie autem de eo diſceptatur: vtrum priuilegia militi teſtanti conceſſa, competant etiam Doctoribus? At diſtinguit Lancellotus *in l. centurio num. 23. & ſeq. de vulg. & pup.* vt priuilegio ſine ſolennitatibus iuris teſtandi, militibus propter ſimplicitatem & iuris ignorantiam indulto, Doctores non gaudeant; quippe quod ratio ignorantiæ legum non militet in Doctore, cui turpe eſt ignorare leges, in quibus verſatur *l. 2. §. Seruius Sulpitius ff. de orig. iur.* At priuilegia militibus, non propter iuris imperitiam, ſed propter † dignitatem mili- 63
tiæ, vel vtilitatem Reipublicæ, quam militando nauant, vel vt alii multi ad ſubeundum caſtra eiuſmodi priuilegiis tanquam præmiis inuitentur, data, Doctoribus competunt, quippe quod & Doctores in dignitate, & quidem maiore quam milites conſtituti ſunt, & dicuntur militando vtilem Reipubl. nauare operam *l. aduocati Cod. de aduocat. diu. iud.* In

numero horum priuilegiorum eſt, quod miles mutus & ſurdus, vel damnatus ex delicto militari, vel etiam filiusfamilias teſtari poſſit *l.fin.C.de inoffic.teſtam.* Item quod miles poſſit hæredem deportatum & alios omnes, qui teſtamenti factione paſſiua carere dicuntur, inſtituere *l. neque §. ſi deportati ff. de teſtam. milit.* Quæ priuilegia & alia ſimilia, quia non attributa ſunt militi propter iuris imperitiam, ſed propter publicam vtilitatem, quæ per milites in acie verſantes promouetur; ipſa ratio etiam in Doctoribus locum ſibi vendicet *per d.l.aduocati & l.fin.C.de inoff.teſtam.* certe omnino concludendum eſt, eadem priuilegia etiam Doctoribus competere: ita vt doctor publico iudicio damnatus, vel filiusfamilias, teſtari, deporratumque vel alium quemuis incapacem hęredem inſtituere, non tamen concubinæ, de qua turpis eſt ſuſpicio, relinquere poſſit.

Et tantum de priuilegiis, prærogatiuis & immunitatibus hoc loco dictum ſit. Quæ hic deſiderari videntur, illa antehac à nobis tradita ſunt *in tractatu de Academiis.* Scripſit etiam Ioannes Halbritterus, Iuriſconſultus nobilis in Academia Tubingenſi elegantem orationem *de priuilegiis Doctorum.*

Quanta itaque ſit dignitas, qua creati Doctores

ctores gaudent,ex his, vt opinor cuique conſtare poterit.

At cum nonnulli ganniant, dignitatem doctoralem officere nobilitati, quibus † abunde reſpondit nobiliſſimus Iuriſconſultus Ioachimus Mynſingerus in quadam oratione: non abs re futurum putaui, ſi eius fundamenta pro dignitate doctorali hic ſubiicerem. 64

Hi plane,inquit, mihi Andabatarum more,velut clauſis oculis,à luce, in tenebras obturbati,toto (quod aiunt) cœlo errare,omnique carere iudicio videntur. Quomodo enim ſi iuriſprudentia ipſa, cognitu pernecesſaria eſt, (id quod ipſi fatentur, & nemo ſani iudicii inficias ierit) ſacroſancti iuris laurea inſigniti, qui eius ſcientiæ arcana iam perluſtra: unt,non ſumma laude digni, non magno in precio ſunt habendi? Equidem, ſi rem ipſam penitius, & deliberato quiſquam animo expendat,non pudebit eum,quantumuis inſigni ac nobili ſtirpe natum,ſuæ doctrinæ ac ſcientiæ ab ampliſſimo huius profeſſionis ordine, teſtimonium accipere.Quomodo enim doctrinæ gloriam quærat, qui nolit teſtimonium? At vero, ſuas nonnulli natales,annoſaſque maiorum imagines, quibus ipſi ſplendent, hoc Doctoris agnomine dedecorari

autumant. Eho, tu, quiſquis tandem es, nobilitatem diminui aut obſcurari tibi tum putas, ſi Iuriſconſulti, vel Doctoris titulo ſaluteris? Cur, quod cognitione dignum exiſtimabas, quod intus ac effectu ipſo quærendum cenſebas, id foris & nomine diſſimulandum putas? An neſcis, ſic te duplici, generis ſcilicet, ac ſcientiæ ciuilis nobilitate ſplendeſcere. Quid? quod hanc virtutem, ac ſcientiæ nobilitatem, generis nobilitati longe præferendam eſſe, nonnulli tradiderint?

Vnde M. Cicero ad Saluſtium: Sanctius eſt, inquit, me, meis geſtis florere, quam maiorum opinione niti, & ita viuere, vt ſim poſteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum. Intuemini pauliſper animo, Auditores, præſertim, qui nobili genere nati eſtis, ac reuocate in memoriam longum ordinem Nobilium Romanorum, qui retro actis vixerunt ſeculis: An non illi ſummæ laudis ponebant, non modo, ſi ipſi iuris peritiam adepti fuiſſent, hocque titulo ſalutarentur, verum etiam, ſi à Iuriſconſultis eſſent progeniti? Et, vt exempla aliquot adferam: Sic Sextum Ælium Iuriſconſultum, ex nobili & peruetuſta Æliorum familia prognatum, maxime in profitenda iuris ciuilis ſcientia, claruiſſe, Pomponius noſter ſcriptum reliquit: Eundemque iuris ciuilis peritiſſimum, Cicero teſtatur: Et à ſum-

mo poeta Ennio, ob inſignem ac excellentem in iure ciuili doctrinam, ſummumque ingenii acumen, hoc carmine celebratum:

Egregie cordatus homo catus AElius Sextus.

Quid de eius fratre Publio Ælio, nobili quoque Iuriſconſulto, & in Reipubl. adminiſtratione, omnibus ferme honoribus feliciter perfuncto?

Quid item de ipſius filio, cum Ælio Pæto Tuberone dicam? Cicero & nobilem & honeſtum, & erudiciſſimum Iuriſconſultum nominat?

Sic Saluius Iulianus Seuerus nobiliſſimæ familiæ (quem Iuſtin. Imper. ſummum auctorem iuris ſcientiæ nuncupat) legum Roman. peritiſſimus, per Adriani, Antonini Pii, & Diuorum fratrum, tempora habitus eſt: Nam his omnibus in conſiliis aſſedit, duos conſulatus geſſit, Antonino Pio imperante, ſub quo etiam præfecturam vrbis meruit, & feliciter adminiſtrauit, eum Diui fratres, amicum ſuum, & clariſſimum virum, appellarunt.

Ex hoc Iuliano Seuero, prognatum quoque fuiſſe, Didium Iulianum Imperatorem, ac Iuriſconſultum celeberrimum, quem Ælio Pertinace, optimo Principe, obtruncato,

Rom. Imperium vſurpaſſe, Spartianus, & Eutropius teſtantur: quorum dicta, cum huc maxime conducant, adferre lubet, Didio Iuliano (inquit Ælius Spartianus) qui poſt Pertinacem Imperium adeptus eſt, proauus fuit Saluius Iulianus, bis conſul quod magis eum nobilem fecit. Idemque Eutropius poſt Pertinacem, ait, Didius Iulianus Remp. inuaſit, Vir nobilis & iuris peritiſſimus, nepos Saluii Iuliani, qui ſub Diuo Adriano, perpetuum compoſuit edictum. Extat eiuſdem Iuliani, memorabilis illa vox Græca, ſed in hanc ſententiam: Etſi alterum pedem haberem in tumulo, non pigeret aliquid addiſcere. Tanta in ipſo fuit diſcendi auiditas, vt ſaturari nunquam potuerit. Sic illuſtrem fuiſſe Romæ Papiriorum familiam, ex Liuio conſtat, & Sextum Papirium, leges olim à Romulo & ſequentibus Regibus, confuſe, ſineque ordine, ad populum latas, in vnum volumen contuliſſe, idque poſtea ius ciuile Papirianum appellatum fuiſſe, Pomponius noſter ſcribit. Sed & Gallus Aquilius, eques Rom. & ſummo loco natus à Q. Mutio Scæuola ius ciuile didicit, & in eius ſtudii genere magnopere excelluit: Cum quo probitatem ita coniunxiſſe fertur, vt natura, non diſciplina, conſultus eſſe diceretur; Tam peritus autem & prudens, vt ex iure ciuili non ſcien-

tiam

tiam modo, ſed etiam innatam ei bonitatem, adpareret.

Neque enim iuris ciuilis rationem vnquam ab æquitate ſeiunxit, vt merito maximi fieret à populo Ro. in litibus diiudicandis, in quo numero, vt Valerius Maximus refert, veluti princeps, cæteris eminebat. Eius pleraque adhuc in Pandectis reſponſa extant, quorum omnium celeberrimum illud eſt, quod Scibidius Scæuola deſcripſit, quo formulã de poſthumis alienis inſtituẽdis induxit. Primus item iudicium illud de dolo prodidit. Euerriculum, inquit Cicero, omnium malitiarum: quod ſcilicet euerrantur omnes fraudes è vita hominum ciuili. Ex Semproniorum quoque nobiliſſima ac vetuſta gente duo referuntur Sempronii Iuriſconſulti: Prior quidem Sempronius Longus, maximæ in iure ſcientiæ, quem primum omnium populus Rom. ob id σόφον appellauit, cum ante ipſum nemo hoc nomine dictus fuerit. Alter vero M. Sempronius Tuditanus nuncupatus, qui non iuris ciuilis ſolum, ſed eloquentiæ, adeoque rei militaris peritiſſimus fuit, idemque Tribunatum militarem, ædilitatem, cenſuram, & conſulatum feliciter geſſit. Sic etiam Caius Longinus, celeberrimi nominis Iuriſconſultus, ex illuſtri & antiqua Caſſiorũ fa-

milia prodiit, & ſub Tiberio Cæſare in honore maximo habitus fuit, adeo, vt primo conſulatum ſit adeptus cum M. Vinitio Quartino, anno à Chriſto nato 32. deinde Claudio imperante, Syriæ præfecturam: & poſtremo ſub Caligulæ principatu Proconſulatum Aſiæ geſſit. Fuit enim non ſolum legum peritia clarus, ſed militaris etiam diſciplinæ peritiſſimus: Et hunc ipſum generis ſui lineam cum ſingulari laude recenſere ſolitum ſcribitur, quod auo Q. Tuberone, & proauo Seruio Sulpitio, Iuriſconſultis clariſſimis, prognatus eſſet. Marcum quoque Cocceum Neruam, equeſtris & Senatorii ordinis virum, huc referre lubet, cum Iuriſconſultus fuerit ſuo tempore inſigni probitate conſpicuus, diuini humanique iuris ſciens, Tiberioque Cæſari ob id familiaritate coniunctus ſingulari: quemadmodum Dion, & Tacitus ſcribunt. Is poſt ſe reliquit filium iuris peritia ſimiliter clarum, qui annum agens 17. publice de iure reſpondit, ſicut Vlpianus teſtatur. Ex quo deinde, Cocceum Neruam Imperat. natum plerique aſſerunt, qui poſt Domitiani cædem tanta regnauit integritate & clementia, vt dicere ſolitus fuerit, ſe nihil tale admiſiſſe, quod Cæſarea dignitate depoſita, eum impediret, tuto priuatam agere vitam.

Sic

Sic quoq; M. Antoninum Pium, Imp. opt. non ſolum Philoſophiæ ſtudiis obnixe deditum fuiſſe, ſed iuri etiam ciuili (in quo præceptorem habuit T. Voluſium Mætianum, magni nominis Iuriſconſultum) ſtrenuam dediſſe operam, literis proditum eſt, vnde & Philoſophi cognomentum accepit: fuitque Princeps omnigena virtutum claritatē, vitæ ſanctimonia, & bonitate ingenii, nemini ſecundus. In conſiliis, Imperator factus, Scæuola ICto, præcipue vſus eſt, cum populo non aliter agens, quam actum quondam fuerat ſub vrbe libera, eo ſemper ſpectans, vt ex malis, bonos, ex bonis, optimos efficeret, diuini Platonis in omnibus reſpondens ſententię (quam & ipſum in ore ſemper habuiſſe ferunt.) Tum demum florere ciuitates ſiue Reſp. aientis, cum aut Philoſophi imperarent, aut Imperatores philoſopharentur.

Quid porro de L. Druſo, nobiliſſimo viro dicam? qui ætatis viribus, & acie oculorum iam defectus, Iuriſconſulti tamen nomine, non tantum ſalutari gloriabatur, ſed ius etiam ciuile populo interpretabatur, cupientibuſque diſcere vtiliſſima iuris volumina, deuexa iam ætate, componebat. Denique magnus ille Traianus, quo apud maiores, vel feliciorem, vel meliorem Reſp. Rom. non habuit, & qui primus Cæſarum, ex ſenatus decreto, me-

clariſſimum Iuriſconſulti nomen, tam nihili pendere, ceſſent illuſtres noſtros Doctorum titulos contemptui habere, qui iuſto obtenti progreſſu, vetuſta generis nobilitate, quantumuis eximios, cumulato nomine amplificant, tantum abeſt, vt obſcurent, aut deminuant.

Hoc potius ipſi cogitent ac memoriæ infigāt ſedulo, ſi qui peruerſam hanc, ac plane phanaticam amplexi ſunt opinionem: Nobili ſtemmate progenitos: qui magis omnium oculis expoſiti ſunt, eo etiam decere optimis diſciplinis eſſe imbutos, ac virtutibus ornatos, ne aliter, (iuxta vetus adagium,) purpuratæ ſimiæ vulgo appellentur. Nam in hoc ipſi, aliis deteriore ſunt conditione, quod pauperi & humili loco nato, imperitia non æque oneri eſt, ſicut illuſtri generoſoq; homini, qui cum ſe nobilem profiteatur ſi indoctus ſit ac plane ἄμυσος, etiam plebeis & vulgaribus vitiis, ridiculo habeatur.

Neque enim homo effigies illa eſt, quam videmus, neque hæc, compacta ex oſſibus & neruis moles, carnibus contecta, cute veſtita; ſed quod intus latet, vnde omnis nobis eſt ratio atque conſilium, hoc nos homines ſumus: factum ipſum quidem

ad imaginem effectoris ſui Dei opt. Max. ſed languens per ſe ac obſcurum, niſi pręclaro virtutum ac ſcientiarum lumine illuſtretur. Quare ſapienter adoleſcentem quendam affatus dicitur Socrates, loquere inquit, vt te videam: Index n. veri hominis eſt ſermo, parumque ac plane nihil tacens ſtultus à ſapiente differt.

Hactenus igitur, quantum temporis anguſtię, quibus circumcludimur, admiſere, ſatis euulſam credo falſam eorum opinionem, qui Doctorum titulos tanquam viles, aſpernantur, ſuiſque natalibus, magnificum ac præclariſſimum ICti nomen, officere arbitrantur. *Hucvſque Mynſingerus.* Denique Doctor pro defenſione ſui iuris legitimis remediis vti poteſt. Et quidem actionem iniuriarum & ex L. dif-
65 famari † competere, certum eſt *vide ſup. p. 1. cap. fin. per tot.* Sed qui experiri vult, probabit ſe
66 Doctorem eſſe. Probabit autem † per teſtes ad minimum tres *Marcell. Cala. de modo artic. & prob. in gl. vnic. §. 2. nu. 78. Maſcard. de probat. concl.* 527. itemque per inſtrumenta publica *Maſcar. d. loc n. 2.* per notoreitatem, communem reputationem, & æſtimationem, *Maſcard. d. loc. num. 2. & paſſim.* Cætera de iudicio Doctoratus, poſſunt huc transferri ex *d. capit. fin.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

F I N I S.

Fine

533

Digitized by Google

[illegible]

Google

Digitized by Google

R. SALVAREZZA
RESTAURO
Val Sassina, 58
... 223 ... 1971

Digitized by Google

ruit titulum, vt optimus appellaretur, Neratium, nobilem, & equeſtris ordinis, Iuriſconſultum Clariſſ. pro ſucceſſore deſtinate legitur.

Et vt ſemel finiam, apud M. Cic. Antonius fatetur, ſemper nobiliſſimos in Rep. Romana ciues huic iuris ſcientiæ præfuiſſe, honeſtiſſimumque ICti titulum affectaſſe. Et Craſſus apud eundem, tantam illuſtribus viris diligentiam fuiſſe ait, in iure tam addiſcendo quam conſtituendo, quantam in opibus imperiis cooptandis: Vt recte Plato, ciuilem ſcientiam nominauerit, diſciplinam regiam, quod ad Reges & Principes ea peculiariter pertineret.

Romana denique nobilitas, olim eo potiſſimum nomine, cæteris anteire mortalibus exiſtimata eſt, quod militiæ, eloquentiam, Iuriſque ciuilis cognitionem coniungeret, quemadmodum exempla aliquot iam relata ſatis oſtendunt, multaque alia, quæ apud ſcriptores paſſim ſunt obuia, facilime poſſent congeri, & pleraque etiam noſtri temporis illuſtria & nobiliſſima extant exempla, quæ ſpeciatim referre non eſſet difficile, verum, ne in longum excreſcat oratio, ea prudens nunc omitto.

Ceſſent ergo ſuperſtitioſi quidam Germaniæ noſtræ Nobiles, honeſtiſſimum ac præclariſſi-

clariſſimum Iuriſconſulti nomen, tam nihili pendere, ceſſent illuſtres noſtros Doctorum titulos contemptui habere, qui iuſto obtenti progreſſu, vetuſta generis nobilitate, quantumuis eximios, cumulato nomine amplificant, tantum abeſt, vt obſcurent, aut deminuant.

Hoc potius ipſi cogitent ac memoriæ infigăt ſedulo, ſi qui peruerſam hanc, ac plane phanaticam amplexi ſunt opinionem : Nobili ſtemmate progenitos: qui magis omnium oculis expoſiti ſunt, eo etiam decere optimis diſciplinis eſſe imbutos, ac virtutibus ornatos, ne aliter, (iuxta vetus adagium,) purpuratæ ſimiæ vulgo appellentur. Nam in hoc ipſi, aliis deteriore ſunt conditione, quod pauperi & humili loco nato, imperitia non æque oneri eſt, ſicut illuſtri generoſoq; homini, qui cum ſe nobilem profiteatur ſi indoctus ſit ac plane ἄμυσος, etiam plebeis & vulgaribus vitiis, ridiculo habeatur.

Neque enim homo effigies illa eſt, quam videmus, neque hæc, compacta ex oſſibus & neruis moles, carnibus contecta, cute veſtita; ſed quod intus latet, vnde omnis nobis eſt ratio atque conſilium, hoc nos homines ſumus : factum ipſum quidem

ad ima-

ad imaginem effectoris ſui Dei opt. Max. ſed languens per ſe ac obſcurum, niſi pręclaro virtutum ac ſcientiarum lumine illuſtretur. Quare ſapienter adoleſcentem quendam affatus dicitur Socrates, loquere inquit, vt te videam: Index n. veri hominis eſt ſermo, parumque ac plane nihil tacens ſtultus à ſapiente differt.

Hactenus igitur, quantum temporis anguſtię, quibus circumcludimur, admiſere, ſatis euulſam credo falſam eorum opinionem, qui Doctorum titulos tanquam viles, aſpernantur, ſuiſque natalibus, magnificum ac præclariſſimum ICti nomen, officere arbitrantur. *Hucvſque Mynſingerus.* Denique Doctor pro defenſione ſui iuris legitimis remediis vti poteſt. Et quidem actionem iniuriarum & ex L. dif-
65 famari † competere, certum eſt *vide ſup.p.1.cap. fin.per tot.* Sed qui experiri vult, probabit ſe
66 Doctorem eſſe. Probabit autem † per teſtes ad minimum tres *Marcell. Cala. de modo artic. & prob.in gl.vnic.§.2.nu.78. Maſcard.de probat. concl.* 527. itemque per inſtrumenta publica *Maſcar. d.loc n.2.* per notoreitatem, communem reputationem, & æſtimationem, *Maſcard.d.loc.num. 2.& paſſim.* Cætera de iudicio Doctoratus, poſſunt huc transferri ex *d. capit. fin.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

F I N I S.

Fine

533

Google

Digitized by Google